




\$ 7.50


288, H

Library of the Museum  
OF  
COMPARATIVE ZOÖLOGY,  
AT HARVARD COLLEGE, CAMBRIDGE, MASS.  
Founded by private subscription, in 1861.  
~~~~~  
DR. L. DE KONINCK'S LIBRARY.  
No. 43.












THE  
LIBRARY  
OF THE  
MUSEUM  
OF  
COMPARATIVE ZOOLOGY  
AND ANATOMY  
HARVARD UNIVERSITY  
CAMBRIDGE, MASS.




IN EST IN  
EXPLICATIONE NATURAE  
INSATIABILIS QVAEDAM E  
COGNOSCENDIS REBVS VOLVPTAS  
IN QVA VNA CONFECTIS REBVS  
NECESSARIIS VACVI NEGOTIIS  
HONESTE AC LIBERALITER  
POSSVMVS VIVERE

CICERO DE FINIB. LIB. IV. CAP. X.









**MVSEVM  
RICHTERIANVM**

CONTINENS

**FOSSILIA ANIMALIA  
VEGETABILIA MAR.**

ILLVSTRATA

ICONIBVS ET COMMENTARIIS

**D. IO. ERNESTI HEBENSTREITII**

ANAT. ET CHIRVRG. P. P. O.

ACCEDIT

**DE GEMMIS SCALPTIS**

**ANTIQVIS**

**LIBER SINGVLARIS.**



**LIPSIÆ**

EXCVDI CVRAVIT CASPARVS FRITSCH

<sup>Sm</sup> MDCCLIII

1743




MUSEUM  
RICHTERIANUM

FOSSILIA ANIMALIA  
VEGETABILIA MARIS

WERNERS NACHLASS



DE SEMMELIS SCALTIUS  
ARTIVIS



LIBRARIUS  
HANS CARL SCHMIDT



SERENISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO  
D O M I N O  
FRIDERICO  
CHRISTIANO  
REGIO POLONIAE  
ET MAGNI DVCATVS LITHVANIAE  
PRINCIPI,  
DUCI SAXONIAE, IVLIAE, CLIVIAE,  
MONTIVM, ANGRIAE  
ET WESTPHALIAE,  
ELECTORATVS SAXONICI  
PRINCIPI HEREDI,  
LANDGRAVIO THVRINGIAE,  
MARCHIONI MISNIAE, ET SVPERIORIS INFERIORISQVE  
LVSATIAE,  
COMITI PRINCIPALI HENNEBERGICO,  
COMITI MARCAE, RAVENSBERGAE, BARBYAE ET HANOVIAE,  
DYNASTAE IN RAVENSTEIN ETC.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



SEMPER PARATI

PRINCIPALIS DOMINUS

DOMINUS

FREDERICUS

CHRISTIANUS

REGNI BOHEMIE

ET MAGNI ELECTORIS PALATINUS

SALEXBURGENSIS

INCEPS SACRORUM RUMERANORUM

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

ET ELECTORIS SACCARIE

DOMINUS ET ELECTORIS SACCARIE





*Joh. Christoph.  
Aedilitius  
Senator ac*




*Richter  
civitatis Lips.  
Negotiator.*

*A. de Manjoccy pinxit 1732.*

*M. Bernigerothi filius sculpsit 1739.*









C. F. Doetius sc.

SERENISSIME  
 AC  
 CELSISSIME PRINCEPS  
 CLEMENTISSIME DOMINE



Quod vulgo faciunt ii, qui Tvi fastigii Principibus aliquid rerum suarum consecrant, vt, reuerentiae causa, culpam audaciae deprecari instituant, id mihi superuacuum esse apud TE, DOMINE, putavi. Hanc mihi



D E D I C A T I O.

fiduciam fecit diuina quaedam humanitas atque  
 facilitas TUA, ad quam TE PATRIS atque AVI  
 MAXIMI imitatio, vna TE digna & vere Regalis  
 disciplina, erudiuit, quamque ita omnibus TVIS di-  
 ctis, factis, ipso denique placido illo, & ab omni-  
 bus Gratiis obsesso Vultu Tvo, expromis, vt ma-  
 gis, clementiae TVAE confidendo, quam altitudi-  
 nem TVAM verendo, coli velle videare. Tanta  
 est, tamque incredibilis TVI, DOMINE, nominis  
 apud omnes caritas, vt, cum hoc Museum, in lu-  
 ce conspectuque collocandum, aliqua inprimis  
 efficaci illecebra commendare oculis hominum  
 studiisque cuperem, nulla occurreret potentior,  
 quam si illo ipso tam amabili nomine Tvo eius  
 aditum exornarem. Ita enim mihi persuaferam,  
 vt neminem fore putarem, qui non, Eius dulce-  
 dine inuitatus, Museum ipsum perspicere gestiret.  
 Quod si facilem TE huic consilio meo instituto-  
 que praebere, & admittere hanc consecrationis  
 pietatem volueris, tum vero demum, me operae  
 atque impensae, in Museo meo condendo & instru-  
 endo positaе, & pretium fecisse, & summum fru-  
 ctum cepisse, arbitrabor. Id vti me & altitudo fa-  
 stigii eius, in quo TE, PRINCEPS OPTIME, sapi-  
 ens & Saxoniae literisque in primis fauens prou-  
 dentia



D E D I C A T I O

dentia diuina collocauit, & pietatis in TE meae, non  
 necessarium magis, quam dulce, officium iubet ro-  
 gare, ita, praeter insitam TIBI atque vniuerso GE-  
 NERI TVO clementiam, prolixus ille TVVS in bo-  
 nas literas animus, & rara omnium antiquitatis na-  
 turaeque operum intelligentia finit sperare, quam  
 primum omnis elegantior Italia, postea vero etiam  
 communis Patria, & haec inprimis ciuitas, non ma-  
 iori cum admiratione, quam voluptate, spectauit.  
 Nihil est omnino, DOMINE, quod hic, inde a pri-  
 mo TVO in hanc urbem expectatissimo aduentu,  
 crebrius omnes libentiusque, secundum PATRIS  
 quidem TVI Virtutes, sermonibus vsurpemus,  
 quam, non modo quantum studium TVVM, verum  
 etiam, quanta elegantia TVA atque intelligentia, in  
 visendis huius urbis Bibliothecis Museisque, tum  
 extiterit. Quo tempore, cum hoc etiam meo tri-  
 buisses Museo, vt ad id spectandum venires, idem-  
 que, siue, quod tale erat, siue, quod, propter sum-  
 mum literarum amorem humanitatemque, aliter fa-  
 cere non poteras, TIBI non displicere ostenderes,  
 incredibile dictu est, quanto iucundius id mihi ama-  
 biliusque effeceris. Hoc beneficium TVVM etsi  
 tantum fuit, vt maius, in tali re, vix postulari optari-  
 que posse videatur: maximum tamen ei cumulum



## DEDICATIO

addes, si, quo tum vultu Museum illud domi meae spectare dignatus es, eo nunc idem, literis proditum, Nominique Tvo dedicatum, adspexeris. Neque vero mihi tantum ea re immortale beneficium adiunges, sed efficies etiam, vt incredibilis eruditorum omnium de Tvo in literas fauore, TIBI, vt arbitror, non ingrata opinio, & si iam dudum adhaesit, penitusque infedit in animis, tamen, & altius descendat, & veluti nouo quodam alimento recreata, laetius adolescat

DEVS TE seruet, PRINCEPS OPTIME, & quod in TE TVISQUE virtutibus REGIA DOMVS ornamentum, Patria autem literaeque praefidium habent, id proprium iis ac perpetuum esse iubeat

SERENISSIME AC CELSISSIME  
PRINCEPS  
CELSITVDINI TVAE

SCRIBEB. LIPSIAE


A.D. III. NON. MAI

A.C. clō Is c c x l i i i

DEVOTVS

IO. CHRISTOPHORVS RICHTER





# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

IOHANNES CHRISTOPHORVS  
RICHTER.



**D**eprecandam mihi esse sentio vanitatis, aut ostentationis, suspensionem, cum iam suppellectilis, ad naturalem historiam illustrandam undique conquisitae, Index, temerario editionis honore, vulgatur. Spero autem, eo faciliorem mihi huius consilii veniam ab aequitate tua fore, si, quae huius Musei instituendi instruendique occasio fuerit, paucis, Lector, acceperis. Adolescens in bonarum literarum et philosophiae studiis versatus, ad ceteras, imprimisque iuris, disciplinas progressus essem, nisi res quaedam incidisset, quae me ad nouam viuendi rationem traduxisset. Parentum enim autoritate animus ad negotiationes appellendus fuit, quas, si honestae sint, haud multo minus, atque ipsae literae, ingenuo



homine dignas esse, et mihi ipse persuaseram, et saepe a doctissimis Viris audiueram. Cum pater vero, praeter argentariam, quam per plures annos non prorsus ignobilem fecerat, negotiationem exerceret illius vitrei pollinis, qui, in his imprimis terris, ex sui generis metallo, cobalto, coquitur, et, qui propter coerulei coloris saturitatem, suauitatemque, a gentibus, regiones orasque terrarum procul nostris incolentibus, expetitur, animum incescit cupido, ea loca, ex quibus ille cum multis aliis metallis ad nos perfertur, adeundi et cognoscendi. Ibi, dum inter metallicos homines verfor, et, cum iis in fodinas descendens, omnes subterraneos specus cuniculosque perrepo, aliquam rerum, quae ex terrae visceribus eruuntur, notitiam sum consecutus. Ne vero ea, quae videram, inter aliarum rerum cogitationes occupationesque paulatim, ut fit, animo elaborerentur, memoriae iuandae causa plurimas glebas, lapidesque, tum metalla sincera, tum horum materiam, continentes, conquisiui. Qui apparatus indies nouis, nonnullis etiam exquisitioris pulchritudinis raraeque perfectionis, accessionibus breui ita locupletatus est, ut necesse fuerit, lapides disponere, et per pluteos dispertire. Nec inter nouas atque negotiationis curas omne literarum studium mihi detrahi sum passus, sed, cum alios, tum imprimis eos, libros legi, in quibus de fossilibus rebusque subterraneis expositum sciebam. Plurimum tamen acuit animum, hisque rebus intendit consuetudo et familiaritas, quae mihi in hac vrbe cum viris omni doctrina institutis ingenuisque artibus instructis a longo tempore intercedit. Est enim haec nostrae vrbis haud parua felicitas, ut in ea virorum, qui, vel doctrina, vel honesta et copiosa negotiatione,



ne, ad aliquam nominis celebritatem venerunt, communis fit et iucunda conciliatio confociatioque, quam semper tuendam, colendam, obseruandamque, esse, arbitratus sum. Ex iis igitur cum quidam harum rerum periti meam supellectilem vidissent, non solum institutum valde probauerunt, sed etiam de adornando Museo, et seruando in omnibus delectu, consilia dederunt. Latius vero indies se aperientibus pluteis, increuit etiam harum rerum amor, ita, vt fere, quicquid subseciui temporis a ciuiliu priuarumque rerum administratione habui, ei studio curaeque tribuerim. Et quid potuissem, praesertim nihil agens, agere melius? Rerum enim naturalium contemplationem ad solos Philosophos pertinere, haud facile concesserim, cum ex illa etiam meae fortis homines magnos vberesque fructus, cum summa delectatione ferre possint. Nam, quoniam mercatura omnes vndique rerum copiae ad vitae siue necessitatem siue iucunditatem nobis apportantur, et vicissim in longe distantes prouincias atque regiones deferuntur, quid magis necessarium est negotiatori, quam ea, quae mercari solet et vendere, recte cognouisse? Omnino bonae frugis plena est haec notitia, quae nos non solum ad perspicienda atque explicanda naturae arcana, et ad prouidenda ea, quae vsui hominibus, vel esse possint, aut futura videantur, ducere potest, sed etiam commercia, quibus multae diuersaeque gentes inter se continentur, miscenturque, latius propagare. Atque hac excusatione ego aduersus eos vti poterō, qui hanc operam, quam in conquirendis his rebus adhibui, superuacuam, vel a mea viuendi ratione alienam, esse existimabunt, eandemque apud omnes bonos valituram esse arbitror, qui ea, quae ab aliis fiunt, benigne



interpretari, quam reprehendere, aequius ducunt. Ceterum haud diffiteor, ad hoc institutum, et eam, quam in id feci, impensam, me vehementer inuitasse, atque allectasse, incredibilem illam voluptatem, quam ex contemplatione diuinorum artificiosissimorumque naturae operum capere consueui, qua ad reficiendam recreandamque mentem, et aliarum occupationum molestias abstergendas nihil magis opportunum esse deprehendo. Sed hac voluptate, vel solus, vel cum paucis, frui potuissem, et forte, non tam propter illum rerum apparatus, quam propter Indicis huius editionem, mihi metuenda est quorundam reprehensio. Hanc vero culpam si nunc in alios, et eos Viros transferrem, qui, tum autoritatis pondere, tum amicitiae leges, apud me plurimum valent, verum dicerem, cum etiam non desint extraneorum literae, quibus illi me ad hunc Indicem diuulgandum, atque adeo ad eum sine mora edendum, hortati sunt. Sed tamen fateri non erubesco, plurimum valuissse illam iucunditatem, quam omnes ex rebus capimus, quibus ad relaxandum animum utimur. Eius enim suauitatis haec vis est, ut nos facile suis blandimentis capiat, nimiumque nobis rerum nostrarum amorem inspiret: quod vereor, ne mihi quoque acciderit. Itaque cum is amor non ab omni vitio infirmitatis humanae abesse videatur, veniam ei ab aequis iudicibus petere, quam quaedam velamenta quaerere, fatius duco. Non tamen existimandum est, hoc opus a me solo esse profectum, quod studio debetur Virorum celeberrimorum. Inter primos, qui consilium de adornando Museo et concinnando eius Indice dederunt, fuit clarissimus Vir IOHANNES ZACHARIAS PLATNER,  
Medi-



Medicinae in hac Academia Professor Publicus, cum quo mihi olim conuietum, et ab eo tempore iucundam consuetudinem familiaritatemque, fuisse laetor. Hic enim, cum saepe de his rebus, et de immensis naturae opibus summaque earum varietate differeret, animum, iam in rerum naturalium inquisitionem inclinatum, magis impulit, et ipse aliquando metalla, aliaque, quae ex terra effodiuntur, per classes dispertit, atque sic Indicis huius quasi primas lineas duxit. Nec omittendum est, me ab eo in cognitionem optimorum autorum, qui, cum de vniuersa historia naturali, tum singulis eius partibus, scripserunt, fuisse adductum. Plurimum vero operae studiique in hoc Museum contulit Vir Praenobilissimus D. IOHANNES ERNESTVS HEBENSTREIT, Anat. et Chirurg. P. P. celeberrimus, qui nullum officium, quod ab amico coniunctissimo expectari potest, desiderari unquam passus est. Is pro eximia, qua pollet, rerum harum scientia, mihi in omnibus instituendis ordinandisque non solum auxilium tulit, sed maiorem partem huius Indicis digessit, eique interpretationes addidit rerum earum, in quibus lectores, in hoc genere noui, aut non satis triti, possint haerere. Eum enim talem optaui, qui non modo ad doctorum, sed etiam ad aliorum, non eruditissimorum, hominum captum esset accommodatus. Magnum etiam decus huic libro accessit ex doctis et accuratis commentationibus Amplissimi Viri IOHANNIS FRIDERICI CHRISTII, Poeseos et Historiarum Professoris celeberrimi, qui, omni liberaliori doctrina abundans, ingenuisque artibus instructus, se a multo tempore ad vniuersae antiquitatis veterumque literarum studium applicuit. Is quoque aliquam labo-



ris partem suscepit, et marmora disposuit, atque suis quaeque nominibus, ex monumentis antiquissimorum scriptorum repetitis, illustratisque, appellauit. Digessit etiam Dactyliothe-  
cam, et de gemmarum sculptarum natura, argumento, anti-  
quitate, et artificis manu, erudite differuit. Claris his meique  
amantissimis Viris iam meritam gratiam debitamque ago pro  
labore, quem, tum in hoc Museo adornando instruendoque,  
tum in conscribendo eius Indice, impenderunt. Nec hos di-  
ligentiae poenitebit, nec me impensarum, si Tu, Lector Be-  
neuole, his uti volueris, et hoc nostrum institutum, quod  
iam absolutum habes, boni consulere. Ego magnum operae  
pretium tulisse existimabo, si haec rerum naturalium enume-  
ratio Tibi aliquid ad eam delectationem profuerit, quam ad-  
fert naturae contemplatio, qua tandem ad Summi ac Principis  
huius vniuersi Procreatoris Moderatorisque agnitionem, et ad  
colendam diuinae religionis humanique officii rationem,  
perducimur. Vale!







DE

FOSSILIVM ORDINIBVS

COMMENTATIO.

Abhandlung

Von denen Eintheilungen

ausgegrabener Körper.

**Q**ui rerum creatarum contemplationibus animum paciscunt, et, vacui negotiis, ex memorabilium naturae operum lectissima serie voluptatem capiunt, quo potissimum oblectamento teneantur, an, quod ex rerum, magno studio, et, quanta fieri potuit, perfectione collectarum, numero sumitur, an, quod concinnus aliquis rariorum ordo et instructissima series secum adferunt, dubitare

**S**iejenigen, welche in Betrachtung derer Geschöpfe Vergnügen finden, und ihre Nebenstunden zu ihrer Gemüths-Ergögnlichkeit mit Sammlung natürlicher Merkwürdigkeiten zubringen, sind ungewis, ob sie an der Sache selbst, welche sie in möglichster Vollkommenheit zu besitzen bemühet gewesen, oder an der Sache Ordnung und geschickten Zusammenhang, das größte Vergnügen gefunden. Was würde ihnen ein Vorrath  
(d) saepe



faepe numero solent. Parum commoditatis ex amplissima praetoriis sumptibus summoque labore vndique conscripta rerum supellectile habituri sunt, quam, speciosissimis stationibus digestam, vagam, sparsamque, et turbine quasi abreptam, nullus ordo commendat. Est in ordinum conscribendorum negotio non tantum, quae thesauros scientiarum sustinendos attinet, praeclara utilitas, sed et, quae dici nescit voluptas, quam, nisi qui, vacui a laboribus, temporis partem mundi creati seriebus contemplandis impendent, haud percipiunt. Indiuulsus iste rerum creatarum, quo regna naturae inter se conspirant, nexus, summi creatoris opus, Auctoris sui sapientissimam mentem, clare prodit, si ordinis, quem a creationis instituto corpora obtinuerunt, experimentum, enumeratis ex breuissima quadam historiae naturalis parte generibus, generumque speciebus, instituitur. Est aliquid, vel paritatis, vel disparitatis, in rerum contemplatione, quas ordo nondum composuit, quo intelligas, similia corpora vicinis similibus esse adiudicanda, dissimilia a dissimilibus diuidenda.

Nascitur ex meditatione de spontanea, quae admirabilis est, et profuse euidens, rerum congenerum ad se inuicem propensione tenerrima animi scientiarum illecebris capti oblectatio. Numeramus florum petala fructuumque thalamos, dum regno vegetabili exspatiatur; Animalium, ex vitandi modo, corporum formis, pedum numero, nascendi conditionibus, metimur ordines. Insectorum, quae exsanguia compellare mos est, in summa capita distribuendorum leges a metamorphosi eorum capimus. Animantium, quibus foris ossa sunt domicilia, conchas, valuarum numero computamus pinnaeque enarramus piscium. Maiore animi impetu rerum fossilium obseruator in similitudinis, quae subterraneis intercedit, contemplationem abripitur, gaudetque artis legibus eam esse virtutem,

mit Mühe und Unkosten gehäufte Naturalien nütze seyn, wenn solche untereinander verworffen, übel geordnet, obgleich in denen kostbarsten Behältnissen, verwahrt würden? In der Bemühung, gute Ordnungen zu machen, steckt nicht allein ein wahrer Nutzen, welcher die Erhaltung und Vermehrung des Cabinets angehet, sondern auch eine gewisse Ergöcklichkeit, welche nur denjenigen bekandt ist, welche einen Theil ihrer müßigen Zeit damit zubringen, daß sie das übereinstimmende der erschaffenen Welt betrachten. Der unzertrennliche Zusammenhang derer Geschöpfe ist, in denen Natur-Reichen, die Wirkung des Schöpfers selbst, dessen weiseste Absichten man ohne große Bemühung so gleich ersehen muß, wenn man alle Geschlechter und Arten derer Körper aus einem gewissen, obgleich kleinen, Theile der Natur-Lehre beysammen in der ihnen angeschaffenen Reihe siehet. — Die Aehnlichkeit, oder Unähnlichkeit, derer Dinge, welche untereinander vermengt liegen, zeigt sofort, daß es nöthig sey, jedem Geschöpfe seinen gebührenden Nachbar zuzueignen; und gleich mit gleichen zu vergesellschaften, das unähnliche aber voneinander abzusondern.

Die Betrachtung dieser wunderwürdigen und klar am Tage liegenden freywilligen Zuneigung einer Sache zu der andern, wenn beyde aus einem Geschlechte oder Art ihres Haupt-Stammes sind, macht der das Erkantniß liebenden Seele eine derer zärtlichsten Empfindungen. Man zehlet die Blätter in denen Blumen, und die Cammern derer Früchte in dem wachsenden Natur-Reiche. Man ordnet die Thiere nach ihrer Lebens-Art, nach ihren Gestalten, nach derer Füße Zahl, nach der Art, wie sie gebohren worden; Man nimmt die Verwandlung derer Insecten zum Grunde ihrer Abtheilungen. Man zehlet die Schalen derer Conchylien, die Floss-Federn derer Fische. Insonderheit ergöcket sich das Gemütthe eines Liebhabers derer gegrabenen Körper an dem genauen Verhältnisse eines Dinges gegen das andere, und siehet sich mit Vergnügen, durch die Regeln der Kunst, genöthiget, seine quae



quae possit paria paribus adiudicare, ne quidquam, praeter congenera, eadem statione detineatur. Constantia esse oportet et luculenta, si construendis rerum ordinibus commoda esse velint, differentiarum insignia, quibus lectissima rariorum supellex in segmenta classesque diuidatur, concinna rerum amice conspirantium series stabiliatur, et dissimilium vna tessera militantium indecens sodalitium euitetur, caueaturque, ne quis, prout est apud HORATIUM, humano capiti ceruicem equinam appositam esse, criminetur. Quod omnibus philosophiae partibus intercedit, rectae rationis vinculum, id, quod in humanitatis negotiis cultura animi et modestia appellatur, quod arti pictoriae, rerum formis conueniens adumbratio, architecturae symmetria, dicitur, id rerum fossilium thesauris est praestantissima methodus. Hanc, quasi ex sinu, parit curiosa contemplatio, qua comparatae rerum formae, quod in vnaquaque natuum est similitudinis et conspirationis dissimilitudinis et dissensus simulacrum vltro manifestant. Sicut immensae rerum creaturarum series, quas mundum appellant, amica consensione, et quadam velut harmonia concentuum, collidunt, ita, quae mundi fragmenta legunt, Museis, eadem ordinis lex scripta est, methodum puta, iudicio de natura paribus, stabilitam et distinctis sensuique peruiis de re ordinanda conceptibus obfirmatam. Nuda placet veritas, et, quod in disciplinis arduum, aut difficile, est, sublimibus ingeniis merito relinquatur, quibus inter meditationum acumina vita agitur et sensuum acies haud vulgari sapientia perpolitur. Non inuidemus doctissimis in re herbaria viris, quam nouarum methodorum expositionibus lucrati sunt, gloriam, in votis tamen habemus vnicuique, vt inculta, quae ex simplicissimis conceptibus nascitur, diuidendi ratio per reliqua Naturae Regna salua sit, et cothurno incedens sapientia exulet:

Kästen mit nichts, als mit Ähnlichkeiten, anzufüllen. Die Kennzeichen, welche zu einer solchen Ordnung erfordert werden, müssen denen Sachen beständig ankleben, denselben eigen seyn, und in die Augen fallen. Durch solche wird ein gesammelter Vorrath, in Abschnitte, Classen und Fächer, vertheilet, die genaueste Uebereinstimmung derer Sachen unter sich selbst erhalten, und der Vorwurf abgelehnet, daß dieses, oder jenes, Stück mit Unrecht in diese, oder jene, Classe sey gerechnet, und ein Menschen-Kopf auf einen Pferde-Hals, wie Horatius schreibt, gesetzt worden sey. Eine in allen Theilen der Gelehrsamkeit übliche Gleichheit derer Gedanken, eine Ordnung aller menschlichen Verrichtungen, welche man in dem gemeinen Leben den Wohlstand, und die Reinlichkeit nennet, das Ähnliche der Malerey, der Zusammenhang aller Theile in der Bau-Kunst, sind eben das, was, in denen Sammlungen, die Methode heißet. Diese erfolgt nothwendig aus denen Betrachtungen derer Sachen, die in der Vergleichung untereinander etwas an sich haben, welches sie zusammen reimet, oder auseinander setzet. Gleichwie eine Verbindlichkeit unter allen Theilen der großen Welt ist, welche man die Uebereinstimmung derer erschaffenen Dinge unter sich selbst, oder die Harmonie, nennet, also erfordert es die Nothwendigkeit, daß in denen Sammlungen seltener Sachen, die ein Ausdruck der großen Welt sind, eine gleichmäßige Ordnung regiere, welche sich auf das Urtheil von denen Ähnlichkeiten, oder die Methode, vermöge deutlicher und sinnlicher Begriffe von denen Sachen, die man anordnen will, gründet. Die einfältigen Wahrheiten sind begreiflich und angenehm. Das Schwere und Dunkle überläßt man billig denenjenigen, welche ihre ganze Lebens-Zeit mit erhabenen Wissenschaften zugebracht haben. Man gönnet gelehrten Männern in der Kräuter-Wissenschaft die Ehre, welche sie durch Erfindung neuer Lehr-Arten eingelegt haben; Hingegen ist sehnlich zu wünschen, daß in denen übrigen Reichen der Natur, die einfältige, und in einfachen Gedanken bestehende, Eintheilung Platz behalten, und die übersteigende Weisheit weit davon



Curiosiores enim differentiarum, quibus res creatae ultra fidem discrepant, contemplationes id secum afferunt necessario, ut, cum nouis discriminum momentis, noua adsciscantur nomina, et verborum fucio rerum declarationes profituantur. Illibatam istam, qua semper gauisa est, ordinum integritatem ad haec vsque tempora seruauit Fossilium historia, nec ignorantiae infamiam metuunt, qui, quodcunque in hac philosophiae parte summi pretii est, natio, plebeo licet et incondito aliis viso, sermone compellant. Simplicissimis utimur rerum conceptibus, ita diuidimus, ne meminisse durum sit, et, qui metallicorum sermone, facili captuique commodo, eloquitur, ex eruditis obtrectantem habiturus est neminem. Sapientissimum quemque semper dedecuit, gloriam in meditationum turbine, quo media cognitionis, saepe ipsis rebus difficiliora, extra captum rapiuntur, collocare, sed ita elocuti sunt omnes, prout, qui rudibus ingeniis placere cupiunt, Doctores, perorare solent. Quare ea methodus praestantissima semper visa fuit, quam facilitas et perspicuitas commendauit, sicut imagines, non formarum numero et coloribus, sed similitudine, placent, quae nativae proxima sit, interpretis haud egeat, spectatori argumentum Tabulae euidenter declaret, et coram eodem veluti peroret.

Hoc animo Musei sui P O S S E S S O R C L A R I S S I M U S rerum, quas, vel natura produxit, vel ars effecit, apparatus publice exponendi consilium cepit. Opportunitatem nactus multorum annorum labore diuersarum historiae naturalis partium supellectilem construendi, illam Museo suo nouis subinde incrementis aucto faciem induxit, quae ciuium et hospitem oculos in se conuertere potuit: Inde factum, quod, suo oblectamento, hinc aliorum, qui ex hoc studiorum genere voluptatem capiunt, commoditati,

entfernet seyn möge. Denn es ziehet die gelehrte Betrachtung des unendlichen Unterschieds erschaffener Dinge dieses ohnfehlbar nach sich, daß, mit neuen Abschnitten und Abtheilungen, auch neue Rahmen erdacht, und durch das Wort-Gepränge der Sachen Erkänntnisse verdunkelt werden. Die Historie derer gegrabenen Körper, hat bis jetzt ihre unschuldige Ordnung erhalten, und man erwehnet, ohne Vorwurf der Ungelehrsamkeit, die kostbarsten Sachen dieser Wissenschaft, mit dem anklebenden gemeinen Rahmen, man bedienet sich kurzer Begriffe, die Eintheilungen sind dem Gedächtniß nicht zur Last, und ein Liebhaber, wenn er gut bergmännisch, das ist, leichte und verständlich, redet, hat von keinen Gelehrten einen Vorwurf zu besorgen. Die gelehrtesten Männer haben nicht darinnen ihre Vorzüge gesucht, daß sie die Mittel des Erkänntnisses verwirret und schwerer gemacht hätten, als die Sache selbst ist, sondern sie haben sich in ihrem Vortrage bezeuget, wie Lehrer, die sich Gemüther vorstellen, welchen etwas zu begreifen schwer fallen kan; Dannhero die leichteste und deutlichste Methode jedesmal vor die beste gehalten worden, auf eben die Art, wie das Vortrefliche derer Zeichnungen nicht darinnen bestehet, daß ein Platz mit unzähligen Bildern, die einander bedecken, angefüllet sey, sondern daß die Natur vorgestellet werde, und das Bild ohne Dollmetscher dem Zuschauer so gleich seinen eigenen Inhalt erkläre, und gleichsam mit ihm rede.

Dieses ist die Absicht, in welcher der Herr Besitzer seinen gesammelten Vorrath natürlicher, zum Theil auch gekünstelter, Sachen seinen Freunden mittheilet. Nachdem er Gelegenheit gefunden, seit vielen Jahren in verschiedenen Theilen der natürlichen Historie, Sammlungen zu machen, hat sein Vorrath sich nach und nach dergestalt gehäuffet, daß er sowohl Auswärtigen, als Einheimischen, nicht unansehnlich geschienen; Dannhero er, Anfangs zu seinem eigenen Vergnügen, hernach zum Nutzen verschiedener, denen diese Art derer Betrachtungen nicht mißfällt, vornemlich  
suaden-



suadentibus Fautoribus et amicis, laborum memoriam condere, et rariorum suorum thesauros facili, perspicua, perpetuaque methodo diuulgare, suscepit. Ante oculos versantur exempla aliorum, qui, cum vitam conquirendis magno sumptu ordinandisque rarioribus impendissent, ex quo votis suis potitos se esse arbitrati sunt, non dubitauerunt, quae domi suae priuato studio perfecterant, publice enarrare: Olaus WORMIVS, Basilius BESLERVS, Athanasius KIRCHERVS, Georgius Everhardus RUMPHIVS, Eleazar ALBINVS, Franciscus CALCEOLARIVS, Manfredus SEPTALIUS, Ioh. Iacobus SCHEUCHZERVVS, Ioh. Crafft HIEGELLIUS, Iacobus PETIVER, Eduardus LVIDIVS, Fredericus RVISCHIVS, Albertus SEBA, cuius noster, Iohannes Henricus LINCKIVS, inter superstites, doctissimi Viri, Iacobus Theodorus KLEINIVS, Ioh. Philippus BREYNIUS, quorum singuli, qua quisque excelluit, historiae naturalis partem, ex domestica penu scriptis illustrauerunt, causam POSSESSORIS perorant. Neminem censoria seueritate illud criminari velle confidit, quod rariora quaedam, forte, non sumptibus, inuenienda, rerum suarum classibus desint, siquidem nec principes isti, quorum vestigia legit, Viri nulla omnino parte systematis caruerunt, fauente non minus aequo iudice. Quare, maioris equidem incrementi fiducia, operis complementum distulit; Postquam autem, quamuis, quotidie haud mediocriter auctus, clare intelligeret, interea, dum summa expectatur operis, tempus ruere, nec desiderium expleri subito posse, id potissimum, quod primicerium visum semper est, exsequi opus statuit, et rerum Fossilium expositionibus, quorum numeros compleuisse putat, animum addixit vnice, nec detineri se resecundaria, quam inter ornamenta reponit, ab opere ipso passus est. Interea tamen, quando primarium, metalla, metallica et lapides, exponendi studium explere annititur, secundarias operas,

auf Anrathen vornehmer Gönner und guter Freunde, den Schluß gefasset, zum Andencken seiner Bemühungen seine Sammlungen in einer leichten, deutlichen und ungetrenneten, Ordnung an das Licht zu stellen. Er folget hierinnen dem Exempel anderer, welche, da sie ihre Lebens-Zeit in kostbarer Sammlung und Anordnung eines Musei zugebracht hatten, so bald sie gemeinet ihre Absicht erreichen zu haben, kein Bedencken getragen, ein Verzeichniß ihres Vorraths denen Gelehrten vor die Augen zu legen. Olaus Worm, Basilius Besler, Athanasius Kircher, Georg Everhard Rumph, Eleazar Albinus, Franciscus Calceolarius, Manfredus Septalius, Johann Jacob Scheuchzer, Johann Crafft Hiegell, Iacobus Petiver, Eduard Luidius, Fridericus Ruisch, Albertus Seba, unter uns, Johann Heinrich Lincke, die noch lebenden gelehrten Männer, Jacob Theodor Klein, Johann Philipp Breynius, von welchen ein jeder einen gewissen Theil der Natur-Lehre, welchen er vor andern geliebet, aus seinem eigenen Vorrath in Schriften mitgetheilet, rechtfertigen sein Unternehmen. Es kan ihm nicht zum Vorwurf gereichen, daß seinen Sammlungen einige dererjenigen Stücke fehlen, welche man durch Glücks-Fälle erlangen muß; Denn auch erwehnte große Männer, die er sich zu Mustern vorgestellt, haben in ihren Sammlungen eines und das andere vermisset, und sind darum nicht scharf beurtheilet worden. Dammhero er zwar, in Erwartung mehrerer Zuganges, einige Zeit angestanden, sein Vorhaben auszuführen, nachdem er aber zur Gnüge ersehen, daß, des täglichen Zuwachses ohnerachtet, doch in einigen Theilen seiner Sammlung dem Mangel so bald nicht abzuhelffen seyn werde, hat er, in Absicht auf seine Haupt-Sammlung derer Fossilien, welche er in möglichster Vollkommenheit beyammen zu haben vermeinet, die Neben-Sachen, als welche ohnedem nur zum Ausputz dienen solten, nicht vermögend geachtet, ihn ferner von seinem Vorsatz abzuhalten. Wiewohl er, bey der Haupt-Absicht seiner Erz- und Stein-Beschreibung, eine Neben-Absicht in Dar-

(e) quibus



quibus Conchyliorum, Insectorum, Piscium et Plantarum marinarum, ordines leuiter attingere statutum est, delibauit. In eo laboris, quem agendum suscepit, cardo vertitur, vt Fossilium ordines, illa, quae naturae quam proxime accedit, methodo, constituentur, et, quae patriae, Hermundurorum maxime, montibus caeduntur, glebae, describantur. Id quod agendum quando suscepit, illud sibi datum esse intelligit, vt Exteris placeat, sermonis, quo metallici eloqui solent, insciis, in quorum commoditatem, quicquid in praestantissimis Autoribus, oratione Romana vsis, elocutionis metallica, repertum est, selectum fuit; Cuius autem, patrio metallicorum sermoni adfuetis, ea, quam homines illi natiuam habent, locutione, perorauit. Qua in re cum LIBAVIO Syntagm. Arcan. Chem. Lib. II, cap. 24. sentit, qui fatius esse, in re metallici argumenti cum metalli fossoribus, quam cum scholae doctoribus, loqui, aestimauit. Quare, quod per Hermundurorum montes vsu inualuit, sermonis genus suum fecit, quamuis satis superque constet, eandem glebam, eodem titulo, diuersis stationibus metallicis, haud compellari. Si qui fuerint, quorum loquendi mos a nostro dissonat, hac admonitione habituri sunt, quo excusare possint: Eruditissimi per exteras terras Viri dabunt hoc necessitati, quando Germanas voces, sui pares sermone Romano prisco, non habituras, ciuitate Latina donatas intelligant. Parum sane proficimus examine Graecae, aut Romanae, scriptionis, quando, quid ex omni antiquo sermone nostris rebus fossilibus commodum sit, et quam priscam vocem gleba nostri temporis sibi vindicare possit, coniectura assequi allaboramus. Quotusquisque est, qui, certa veritatis fiducia, Cadmiam, Lapidemue Asium, Amianthum, rem inter deperdita numeratam, Cinnabarim, occisi Draconis sanguinem PLINIO dictam, inter gemmas, Anthracem, Astrobolum, Asteriam, Murrham, Sagdam, inter terras, Tsmaltum, Amausin, Meliam, Pnigitem, et plures alias antiquissimarum rerum

stellung seines Vorraths, an Conchylien, Insecten, Fischen und See-Gewächsen, zu erreichen beflissen gewesen. Seine vornehmste Absicht ist, die Fossilien seines Musei in einer Natur-gemäßen Ordnung zu entwerffen, und insonderheit die Erzte des Vaterlandes, hauptsächlich aber des Ober-Erz-Gebürges, zu beschreiben. Hierinnen bemühet er sich, theils ausländischen Gelehrten, als welchen unsere bergmännischen Redens-Arten und Kunst-Wörter unbekannt sind, zu gefallen, derentwegen die deutlichsten Beschreibungen aus bewährten, nach alt-Römischer Mund-Art schreibenden, Auctoribus sind ausgesuchet worden, theils mit inländischen Kennern auf eine ihnen bekandte Art zu reden. Hierinnen ist er der Meinung zugethan, daß in Bergwercks-Sachen es besser sey, mit Gruben-Gängern, als mit Schul-Gelehrten, zu reden. Dannhero er sich derer in unserm Erz-Gebürge üblichen Kunst-Wörter bedienet, obgleich zur Gnüge bekandt ist, daß einerley Sache nicht einerley Benennung, in verschiedenen Berg-Städten, habe. Diese Anmerckung wird ihn, bey ihrer vielen, derer Gewohnheiten denen unsern nicht gleich kommen, entschuldigen. Ausländische Gelehrte werden es der Nothwendigkeit zuschreiben, daß viele teutsche Worte, die ihres gleichen in der alten Römischen Sprache nicht finden, ins Lateinische übergangen sind. Man kommt ohnedem nicht weit in der Untersuchung, ob die Lateinischen und Griechischen Worte derer Alten auf unsere Berg-Arten sich jederzeit schicken, und welchen unter allen sie sollen zugeeignet werden. Wer saget uns vor gewiß, was derer Alten Cadmia, Lapis Asius, der Amianth, welchen man unter die verlohrenen Sachen rechnet, der Cinnaber, welchen PLINIVS Drachen-Blut nennet, unter denen Edelsteinen, Anthrax, Astrobolum, Asteria, Murrha, Sagda, was unter denen Erden, Tsmaltus und Amausis, Terra Melia, Pnigites, und viele andere Dinge, derer bey PLINIO und DIOSCORIDE Erwähnung geschieht, in Vergleichung vmbra,



vmbras, quae penes PLINIVM et DIOSCORIDEM extant, definire, nominibus rei adiudicatis, aufit. Inani plerumque coniectura antiquorum mentem affequimur, et patrias glebas, nemini Romanorum visas, Latino sermone compellamus. Quapropter Germanae dictiones, Cobaltum, Bismuthum, Quarzum, Spathum, ciuitatis Latinae, praestantissimorum Autorum fide, ius obtinuerunt, quandoquidem, vtrum aliqua oratione antiqua ista fossilium genera compellata vnquam fuerint, est, de quo dubitare possis. Vt absint ista verborum lenocinia, et perspicuus vbique sermo habeatur, in fronte Ordinum, quibus glebae diuisae sunt, antesignanum, qui vocum valores explicat, Nomenclatorem toto opere dedimus, quo Exteri, Germani sermonis rudes, rerum imagines ex Latina voce, quanta haberi potuit, antiquissima, capere possint. Est in corporum naturalium expositione summa colorum, formarum, nexus, et reliquorum, quae connascuntur, momentorum, ad orationem difficultas, vt, quotquot varias historiae naturalis partes commentationibus illustrauerunt, Viri doctissimi, rei potissimum vegetabilis et metallica conditores, perspicuarum dictionum pauperiem experti sint. Proinde, quod in rerum conceptibus difficile est, simplici et plebeio sermone captui popularium accommodari oportet; Nemo est, qui dissentiat, varia testacea a leuissima quadam similitudinis umbra compellari. Nemo, philosophica seueritate, Conchyliorum, quas vsus dedit, compellationes castigat, nec, esse, quae Folium Lauri, Vomer, Volfella, Tympanotonus, dicta sint, indignamur. Verba, quae penes artis peritos vsu valent, numerorum, ex arbitrio principis pretia habentium, more, diuulgantur. Propterea nec metallicos homines, quod inconsultis scholarum doctoribus eloqui ausi fuerint, in ius vocari oportet.

des Worts mit der Sache, gewesen. Wir bemühen uns vergebens, den Sinn derer Alten zu errathen. Es ist meistens umsonst, alte Worte zu martern, und selbige solchen Stufen beyzulegen, die unsern Ländern allein eigen sind, und denen Römern unbekandt gewesen. Deswegen sind die Worte, Cobaltum, Bismuthum, Quarzum, Spathum, von neuern Autoribus mit dem Lateinischen Bürger-Rechte beehret worden, weil man in der Ungewißheit lebet, ob diese Fossilien unter andern Nahmen ehedem bekandt gewesen. Dergleichen Wort-Streite zu vermeiden, und zu mehrerer Deutlichkeit, wird jeder Stufen-Ordnung eine Erklärung, derer in solcher vorkommenden Wörter, nach dem Sinn derer Autorum, vorgesetzt, damit Auswärtige, der Teutschen Sprache unkundige, benachrichtiget werden möchten, welcher Art gegrabener Dinge dieses oder jenes Lateinische Wort zukomme. Die Beschreibung von Farben, Wachs, Gestalt, Zusammenhange, und anderen anlebenden Eigenschaften, eines natürlichen Körpers, ist dergestalt schwer, daß alle Gelehrte in jedem Theil der natürlichen Historie, sonderlich Kräuter- und Berg-Verständige, über den Mangel deutlicher Wörter Klage zu führen haben. Dannhero derer Sachen Dunkelheit durch begreifliche, obgleich einfältige und pöbelhaftige, Worte abgeholfen werden muß. Ist es doch in der Conchylien-Historie, nunmehr durchaus beliebt worden, daß man auch nur von einem Schatten der Gleichheit gewisse Dinge benenne. Man untersuchet nicht mit philosophischer Strenge, warum einige Muscheln, das Lorber-Blatt, der Pflug-Schaar, der Bart-Kneiper, die Trummel-Schraube, und nicht anders, heißen. Die einmahl von allen Kunst-Erfahrenen angenommenen Worte, haben die Eigenschaft derer Münzen, welche so gelten, wie sie geschlagen worden. Dannhero auch denen Berg-Leuten, welchen wir die deutlichsten teutschen Worte schuldig sind, nicht zu verargen, wenn sie, bey Erfindung ihrer Benennung, die Gelehrten nicht zu Rathe gezogen.



Sicut autem sermonem a rei metallicae peritis accepimus, ita ipsum rei argumentum iisdem magistris ediscere haud erubescimus, a quibus etiam lapidum metallicorum ordines, non Museis tantum instruendis, sed et officinis fusoriis moderandis, idoneos accipimus. Suo labore, suoque periculo, industriam illud hominum genus, meruit, ut, quod eorum studio luci datum est, in rei memoriam appelletur *Fossile*. Conceptus iste, quo Subterranea complectimur, uniuersum rei metallicae ambitum emetitur, clare docet, et Autorum, qui suis experimentis edocti scripserunt, *AGRICOLAE, ALDROVANDI, GESNERI, WOODWARDI* fide comprobatur. Alio sensu de fossilibus rebus *ARISTOTELES* eloquitur, cui, subterraneorum seriem instruenti, τὰ ὄρυκτα appellantur, quae statim sua sunt, τὸ μεταλλευτὰ autem, quae igne fundi oportet, cuius potissimum autoritate factum est, ut immortalis memoriae *VIR LINNAEVS* antiquitatis studio, Fossilium titulo res subterraneas, nec igne fundendas, nec malleum ferentes, insigniuerit: Verum nos eam esse vocis huius amplitudinem putamus, ut angustis adeo terminis eius significatum circumscribi haud oporteat, hinc neminem fore confidimus, qui criminari sustineat, quando Fossilium nomine, quicquid, sub terra reconditum antea, nunc sub dio est, significamus. Quamuis enim sint, quae nullis tracta puteis, nec malleo cuneoque saxi caesa, extant, quorum partem aquis abreptam minutis lapillis, corrugis lauamus, partem, alto mari, aestu in litus proiectam legimus, eo tamen ista omnia redeunt, ut, quicquid summo cespite legitur, alta tellure abripi, intelligamus. Quos passim subdiali agro stratos conspiciamus, silices lapidesque varii, quorum pars rerum formis signatur, Terrae motibus, quos Terricolae sensu haud capiunt, subsidente sensim telluris fundo excussi comparent. Auri strigiles, paruaeque massae, lapilli nigri et purpurei,

Gleichwie wir aber die brauchbaren Worte von Berg-Verständigen bekommen haben, also erkennen wir sie auch vor unsere Lehrmeister in der Erkänntniß der Sache selbst, und in der Wissenschaft solche Ordnungen derer Erzte ausfindig zu machen, welche nicht allein in einem Museo, sondern auch auf denen Schmelz-Hütten ihren vortreflichen Nutzen haben: Diese arbeitsame Art derer Menschen hat denen durch ihren Fleiß hervorgebrachten Sachen, wie billig, den Haupt-Nahmen gegeben, und wir nennen, ihnen zu Ehren, alles, was die Erde in ihrem Busen trägt, das Ausgegrabene. Dieser Begriff, welchen man sich von Bergwercks-Sachen machet, ist allgemein, deutlich, und von denenjenigen Autoribus, welche aus eigener Erfahrung geschrieben, dem *AGRICOLA, ALDROVANDO, GESNERO, WOODWARDO*, gerechtfertiget worden. In einem andern Verstande redet *ARISTOTELES* von gegrabenen Dingen. Denn, wenn er von unterirdischen Körpern handelt, saget er: Daß einige wären ὄρυκτα, das ist solche, welche in der Gestalt, in welcher sie zum Vorschein kommen, schon brauchbar sind, μεταλλευτὰ hingegen müßten erst geschmolzen werden; Dahero es auch geschehen, daß, aus Liebe zum Alterthum, Herr *LINNAEVS* nur die unschmelzbaren Erden-Körper Fossilien genennet. Allein der Umfang dieser Wort-Bedeutung ist viel zu groß, als, daß wir demselben so enge Gränzen setzen solten, und niemand wird uns tadeln, wenn wir alles, was, bevor es an Tage liegt, zuerst unterirdisch gewesen, ausgegraben nennen. Denn obgleich viele Erden-Körper nicht durch Hammer und Schlägel bewältiget werden, sondern theils zu Tage brechen, theils aus denen Seiffen in Graupen erhalten, theils von der See aus dem Grunde gewühlet und an das Ufer ausgeworfen werden, kommt es doch endlich dahin, daß jede Erden-Körper, die zuvor in der Tieffe gelegen, nach und nach zu Tage gefördert werden können. Die Kiesel- und Feld- und zum theil gebildeten, Steine, welche wir auf der Erden-Fläche finden, sind durch allerhand Erschütterungen, welche von denen Erd-Einwohnern nicht allemahl bemercket werden, zum Vorschein kommen. Die Gold-Körner, Graupen, Granaten, et quid-



et quicquid fluminum capita ex fontibus rapiunt, durissimis ante lapidibus confederunt: Neminem putamus fore, qui dubitet, postquam Succini originis doctissimus Vir SENDELIVS ex supellectile vere Regia Theauri Scientiarum REGIAE MAIESTATIS POLONIARUM, Electoris Saxoniae, eruere aggressus est, et istam rem inter Subterranea locum habere. Quapropter nulla ex omnibus gleba ita censetur ambigua, vt Subterraneorum, vel Fossilium, ordinibus interesse recuset. Consuetudine equidem et loquendi moribus eo abripimur, vt, quod tertium est Naturae Regnum, MINERALE compelletur, quo titulo, qui salutarium rerum doctrinas exponunt, Fossilia, officinis vsitata, inscribere solent. Verum, sicut nouus est ille sermo, nec illis commodus, qui ore Romano loqui gestiunt, ita, si metallicos audias, mineralium voce, non equidem, quicquid vbi-que rerum subterraneorum prostat, sed id tantum, quod ex omni re fossili malleo haud paret, explicatur, prout iura metallica dictionis huius ambitum exponunt. Qui LINNAEI methodo in *Lapide* summum fossilium genus constituunt, antiqui sermonis gloriam non minus affectant, habent enim secum loquentem THEOPHRASTVM ERESIVM, qui, de *Lapidibus* libro, Lapidis, vel, si mauis, id quod metallicis in ore esse solet, glebae, compellatione metalla et metallica complectitur. Sed consuetudo, cuius arbitrio sententiarum et nominum rationes constant, doctrinarum ordines ex antiquorum scholis, quibus totius regni Fossilium ambitus haud innotuit, adoptare vetat; Hinc ex antiqua tantum Fossilium ordines instruendi ratione, quantum per metallicorum mores, perque scientiae ipsius, hac aetate auctioris, mensuram, licet, in nostros vsus conuertimus. Magno eorum, qui antiquitatis studio tenentur, commodo, eadem ARISTOTELIS, quae recentium de Metallis et metallicis, valet sententia. *Metallum, ait ille, est corpus fossile, durum, igne fusile, et, quod sua natura in omnem partem malleo extendi potest.*

und was sonst die fallenden Wasser aus denen Gebürgen in den Ursprung eines Flusses zu bringen verimögend sind, waren zuvor in sehr festen Gesteinen. Niemand zweiffelt, nachdem der gelehrte Herr SENDELIVS, den Ursprung des Agt: Steines nach denen Mustern eines wahrhaftig Königlichen Vorraths in denen Königlichen Pöhlischen und Churfürstlichen Sächsischen Cabineten derer Wissenschaften entdeckt und gründlich beschrieben, daß solcher ein tieffer Erd: Körper sey. Demnach unter allen nichts übrig ist, was nicht gegraben und unterirdisch heißen könne. Zwar ist es durch die Gewohnheit und die gemeine Art zu reden dahin gediehen, daß man das dritte Reich der Natur das Mineralische nennet. Dahero die, welche von denen Arzenei: Mitteln handeln, einen Theil ihrer Abhandlung also zu überschreiben pflegen. Gleichwie aber diese Redens: Art selbst neuerlich, und denjenigen nicht gefallen kan, welche nach der alten Römischen Mund: Art gerne reden, also wird, auf bergmännisch, durch Mineralien nicht alles gegrabene, sondern nur dasjenige, verstanden, was unter dem Hammer sich nicht ausbreitet, wie solches Wort in denen Berg: Rechten auch genommen zu werden pfleget. Diejenigen, welche, nach Herrn LINNAEI Lehrart, alle Fossilien mit dem Nahmen des Steins belegen, haben das Alterthum auch vor sich, massen THEOPHRASTVS, in seinem Buche von denen Steinen, Metalle und Berg: Arten, unter dem Haupt: Geschlecht des Steins, oder, gut bergmännisch zu reden, einer Stufe, begreift. Aber der Gebrauch, welcher aller Meynungen und Worte Beherrscher ist, verbietet uns, Lehrarten aus dem Alterthum, welchen der ganze Umfang des gegrabenen Reichs unbekandt gewesen, herzuholen, und wir bleiben nur, so weit es der heutige Bergwercks: Gebrauch, und die vermehrte Wissenschaft, verstatet, bey denen alten Ordnungen gegrabener Sachen. Zu großen Glücke vor diejenigen, welche das Alterthum lieben, hat ARISTOTELES mit denen neuern Berg: Verständigen von Metallen und Berg: Arten einerley Begriffe gehabt. Das Metall, schreibt er, ist ein gegrabener Körper einer gewissen Härte und Feuer: Beständigkeit, welcher unter dem Hammer nach allen Seiten ausgebreitet werden kan.

(f)

Hac



Hac antiquissima lege, quae totius metallurgiae fulcrum est, necessitas nobis iniungitur, difficilius materiae terrena corpora separandi, et discrimen, consueta voce *rerum metallicarum* constituendi, id quod, dum facimus, quidquid *illarum* est, in partes discedere iubemus, ut, quod malleo haud obsequitur, postquam igne fufum est, *semi-metallorum*, vel *metallorum mollium*, quod ignem facile concipit, *Sulphuris*, quod aquas solutione non turbat, *Salis*, quod, solutum, aquas turbat, *Terrae*, quod aquis impenetrabile, nec metalli, metallici, sulphuris, vel salis, compos est, *Lapidis vacui*, nomine compelletur. Quae ad metalla refertur, ignibus plus, minusue, resistendi praestantia, dignitates et ordines iisdem impertuit, omnique tempore Aurum summo loco extitit, Argentum dignitate prope abfuit, Aere, Plumbo candido, Plumbo nigro, tandemque ferro, alia aliaque existimatione, subsequentibus. Quod si cuidam proxime ab auro plumbum nigrum, dum grauitate specifica reliquis habetur superius, nominare, vel nobilitatis momentum Ferro largiri, hinc plumbum nigrum candidumque constituere, placeat, habiturus est, quo abundare ingenio suo possit, siquidem methodum decet esse arbitrariam. Eadem libertate inter metallica, quae ignem non ferunt, Hydrargyrus, quem alii metallis inesse iubent, primo loco, proximis Minium, Stibium, Cobaltum, Bisemuthum, Pyrites, Sulphurisque glebae aliae, hinc Pyrites arsenicalis, stabunt, vel vnum altero, pro lubitu prius existimabitur, Salibus, Terris, Lapidibus, serie, quae vnicuique praestantior habetur, subsequentibus. Verum cum istae, quae fossilibus per ignem statuuntur, differentiae, operosissimis, non ad Musea, sed ad officinas fuforias, pertinentibus experimentis constant, in eo esse coeperunt eruditissimi Viri, ut formarum, coloris, grauitatis, contemplationibus, aliisque sensui peruiis glebarum momentis, Tyronem erudirent.

Nach dieser uralten Maas-Regel, welche der Grund der gangen Probier-Kunst ist, wird man nothwendig die ungeschmeidigen Erden-Cörper absondern, und mit dem gewöhnlichen Unterschieds-Nahmen derer Berg-Arten belegen, müssen, da denn diejenigen, welche zwar schmelzbar, aber nicht biegsam und geschmeidig, sind, halb Metalle, oder weiche Metalle, diejenigen, welche Feuer-fangend sind, Schwefel, die, so in Wasser auflöslich sind, und dasselbe nicht trübe machen, Salze, die, welche im Wasser auflöslich sind, und solches trübe machen, Erden, die, welche mit Wasser nicht aufgelöset werden können, und zugleich, weder Metall, noch halb Metall, noch Schwefel, noch Salz, in sich fassen, Steine genennet werden müssen. Die mehrere, oder wenigere, Feuer-Beständigkeit, welche an denen Metallen bemercket wird, hat zuvor, wie heute zu Tage, die Ordnungen und Folgen unter ihnen bestimmet, und zu allerzeit hat man dem Golde den Rang unter denen Metallen gegönnet, ihm das Silber zum Nachbar gegeben, worauf Kupfer, Bley, Zinn und Eisen, gefolget. Wenn es jemand gefallen sollte, das Bley, seiner besondern Schwebre halben, nach dem Golde zu nennen, oder das Eisen dem Zinn und Bley vorzusetzen, würde ein jeder seiner besondern Meynung Ursachen haben, und ihm frey stehen, seine Sachen nach eigenem Gefallen zu ordnen. Nach eben dieser Freyheit wird in denen Ordnungen derer Berg-Arten, welche im Feuer nicht bestehen, sondern in die Luft zerstreuet werden, Quecksilber, welches von einigen unter die Metalle gerechnet wird, Zinnober, Spießglas, Cobalt, Wisemuth, Schwefel und Gift-Kiese, fließende und dicke Erd-Säfte, folgen, oder eines wird dem andern vorgesezet werden können, worauf Salze, Erden, und Steine, ihren Platz einnehmen. Da aber die Unterschieds-Zeichen, welche von der Dauerhaftigkeit derer Fossilien im Feuer hergenommen sind, nicht anders, als durch mühsame Proben, sich hervorthun können, welches auf die Schmelz-Hütten, und nicht in Stufen-Sammlungen, gehöret, haben sich geschickte Männer Mühe gegeben, durch die Betrachtung der Gestalt, Farbe, Schwebre, und anderer sinnlichen Eigenschaften, eines gegrabenen Körpers, einem Lehrlinge deutliche Begriffe zu machen.

Rudi-



Rudibus in arte docimastica hominibus supellectilem suam saepe exponit Musei Dominus, his per signa, in Lapidum metallicorum superficie comparentia, sermo de rerum differentius habendus est. Sic BERMANNVVS, AGRICOLAE, discipulos docet, et, quod metallo cum metallicis, quod vtriusque summi generis ordinibus intercedit, discrimen in colore, grauitate, Lapidis duritie, vel faxorum, quibus res metallica coquuntur, formis, statuit. Laudatus AGRICOLA, primo de Fossilibus libro, cum doctrinae suae regulas experimentis igne factis stabilire posset, fatius esse duxit, Fossilium differentias per signa, a momento quodam extrinseco desumpta, describere. WOODWARDVS, subterranea methodo naturali diuidens, expertus, quid metallurgia in constituendis generibus valeat, simplicissimis sensuique obuiis rerum declarationibus ad doctrinam nihil efficacius esse, intellexit. Qui primo loco nominandus est, Regii metallicorum ordinis Consiliarius, HENCKELIVS, quem in hac historiae naturalis parte Magistrum veneramus, in aureo, cui Pyritologiae titulus inscribitur, libello, signa fossilium externa ad summum perspicuitatis culmen euexit, quo docente, dum Fossilium differentias ex lapidis ambitu petimus, causa nostra peroratur. Quae sincera nascuntur metalla, Aurum, Argentum, Aes, sola scilicet ex omnibus statim sua, ob familiaritatem summam, qua illis saepe vtimur, ita omnibus innotescunt, vt neminem fore arbitremur, qui de lapidibus, auro, argento, vel aere natiuo, praegnantibus, iisdem in metallotheca visis, ambigere velit. Curiosius inuestigantur, quae alto faxo absconditam gerunt materiam, lapides metallici, quorum externa facies, color, grauitas, odor, sapor, materiae facilitas, signis sensui peruiis de interno valore eloquitur.

Ein Besizer hat mehr Gelegenheit seinen Vor-rath denjenigen zu zeigen, welchen die Regeln der Probier-Kunst unbekandt sind, denen zu gefallen er solche Merckmahle des Unterschieds in gegrabenen Sachen anzugeben wissen muß, welche der Stufe von aussen ankleben. So lehret BERMANNVVS des AGRICOLAE seine Schüler, und nimmt die Beweißthümer des Unterschieds zwischen Metallen und halb Metallen, und derer verschiedenen Arten in beyden Haupt-Geschlechtern, von der Farbe, Schwere, Festigkeit des Steins, und denen Gestalten, die verschiedenen Stufen eigen sind. Ermeldeter AGRICOLA hat, in dem ersten Buche von denen Fossilien, da es ihm nicht schwehr fallen konnte, die Grundsätze seiner Lehre aus der Feuer-Probe herzunehmen, keine andere Unterschieds-Zeichen aller Fossilien angegeben, als die von einem äußerlichen Umstande hergenommen worden. WOODWARD, wenn er die Erden-Cörper, auf eine der Natur ähnliche Art, in Ordnung zu bringen bemühet ist, nachdem er zuvor ihr Verhältniß durch die Metallurgie genugsam untersucht, findet keine kenntlichere Unterschieds-Zeichen, als die er von denen sinnlichen ungekünstelten Beschreibungen seiner Erzte, Erden, Säffte und Steine, hergenommen. Insonderheit hat Herr Berg-Rath Henckel, welchen wir in diesem Theile des Natur-Reiches als unsern Lehrmeister ehren, in seiner Kieß-Beschreibung die äußerlichen Kennzeichen derer gegrabenen Sachen so deutlich gemacht, daß wir uns genugsam gerechtfertiget glauben, wenn wir mit ihm ihre Unterschieds-Zeichen von allerhand äußerlichen Umständen hernehmen. Die gediegenen Metalle, Gold, Silber, und Kupfer, maßen diese alleine von sich selbst, oder gediegen, brechen, sind an und vor sich so kenntlich, daß, des östern Umganges halber, welchen die meisten mit Gold, Silber, und Kupfer haben, es nicht schwehr fällt, in einer Stufen-Sammlung ihren Unterschied zu bemercken. Diejenigen Erzte aber, derer Gehalt unter der Decke irgend einer Berg-Art verborgen lieget, werden mit mehrerer Mühe erkandt, und dennoch verrathen sie ihr inneres durch allerhand äußerliche, sehr sinnliche und leichte, Merckmahle, durch Farbe, Schwere, Geruch, Geschmack, und Leichtigkeit im Schmelzen.



Dispiciamus de coloribus, glebarum arbitris. Quod inter Fossilia rufum est, variarum rerum differentias luculenter proponit. Inter lapides, auri compotes, quod ab auro sincero proxime abest, Minium, aurum rufi coloris appellatum, turbida nec transparente rubedine signatur, dum rufi coloris argentum anthracis colore fulgido translucet, et crystallorum more ad angulorum mensuram componitur. Quod praeterea in Fossilibus rufi est, nullo erroris periculo in partes abscedit facile, si circumstantias, post colorem, alias consulere velis. Qui in lapide rufo, Ferri compote, natiuus est, Rubor, coniunctissimo sibi sapore austero, dum linguae, degustatus, adhaeret, explicatur vberius; Lapidibus plumbi candidi rufis, laeuigiem addimus et facilitatem materiae, dum lapides isti, leuissimo carbonum igne fusi, in metallum subito liquefcunt. Quod ex omnibus lapidibus rufis grauitate eminet, Minium, argenti viui vomica existimabitur, quo saepe argentum viuum guttulis visui obuiis fedet, dum praeterea Minium absolutissimum materia sua striis radiisque ordinata facile dignoscitur: Est in stibio rufi coloris, Cobalti asteriis, et Cobalti polline, ignis impatiens rubor, leui calore disparsens, quorum formae diferte loquuntur. Quod Sali fossili cuidam natiuum inest rufum *solubili*, Terrarum rubor *friabili* Magnetidis purpura, *unctuoso* Micarum rubens fulgor, *Fissili* Marmorum et Iaspidum rubedo *Duritie*, Gemmarum igniculus *pelluciditate*, vberius explicantur, hinc rerum istarum omnium discrimina sponte elucescunt. In reliquis Fossilium ordinibus, quid colores valeant, itidem experiamur.

Flauus color in re fossili habetur parcissimus, si quae terrena corpora eodem tincta sunt, habebunt praeterea, unde differentiarum momenta desumi possint. Post Aurum, nulla res metallica alia, cum flexilitate natiua, flauet; Quamuis

Man nehme zuerst die Farbe zum Schiede-Richter an in denen Stufen. Die rothe Farbe giebt sehr vielen gegrabenen Sachen deutliche Kennzeichen des Unterschieds. Das Zinnober-Erz, welches unter denen Gold-Stufen, nach denen gediegenen, den Rang hat, besitzet ein mattes, und nicht scheinendes, Roth, und wird rothguldisch genennet, dahingegen das rothguldene derer Silber-Erzte, Feuer-roth und durchsichtig ist, auch, nach Art derer Crystallen, Ecken hat. Man kommt nicht leicht in Gefahr, die rothfarbigsten Fossilien zu vermischen, und eines vor das andere anzunehmen, wenn man allerhand Neben-Umstände dabey mit anmercket. Zu dem Rothen, welches dem Eisen-Steine eigen ist, setze man den herben Geschmack und das anklebende an der Zunge, zu dem Rothen, welches an denen rothen Zinnsteinen und Zwitter-Erzten bemercket wird, den Mangel des anziehenden, oder das glatte, und man bemercke, daß eine sehr leichte Feuer-Probe den Zinnstein verrathe, maßen er sogleich auf Kohlen sein Metall deutlich sehen läßt. Das allerschwehreste Rothe wird Zinnober und Quick-Erz seyn, in welchem man sehr oft die sichtbaren Quicksilber-Theilgen anstehen siehet, da auffer dem der gediegene Zinnober spießigt wächst, und daher leicht erkandt wird. Das vergängliche Rothe, welches bey leichten Feuer verschwindet, ist dem rothen Spießglas, denen Cobald-Blüthen und Cobald-Beschlage, übrig, derer besondere Gestalten sich von sich selbst erklären. Zu dem Rothen einer Art gegrabenen Salzes setze man das Auflösliche, zu dem Rothen derer Farbe-Erden, das Zerreibliche, zu dem rothen des Talcks, das Schmierigte, des Glimmers, das Splittrichte; Die Härte setze man zu dem rothen Marmel und Iaspis, die Durchsichtigkeit zu rothen Edelsteinen, so wird sich der Unterscheid gar merklich machen lassen. Lasset uns mit denen übrigen Farben gegrabener Dinge einen ebenmäßigen Versuch machen.

Die gelbe Farbe ist wenigen Fossilien eigen, und die damit bezeichneten Erden-Cörper sind durch kenntbare Merckmable voneinander unterschieden. Es ist, auffer dem Golde, nichts gelbes und biegsames, selbst wachsendes; Denn, obgleich eine Art enim



enim inter Siamenses, obseruante RVMPHIO, Museo rariorum Amboinensium, res quaedam, aurichalco similis, GANS dicta, reperiatur, natiuis tamen hanc rem, arte, prout suspicamur, effectam, interesse haud passus est NOSTER, quandoquidem sua iam aetate PLINIVS, Aurichalcum longo iam tempore natiuum haud reperiri, professus est. Durissimi, et difficilis materiae lapides alii, aureo colore tincti, passim prostant, siquidem igneus aliquis halitus non aerarios tantum, ferrique participes glebas, sed et emmorphos varios lapides, flauo tinxit: Hanc auri lucem, vel omni saxo diffusam, vel superficiei adhaerentem, Kifum, antiquo sermone Pyritem, appellamus. Laudatus HENCKELIVS non tantum ex angulorum numero totaque lapidis facie Pyritarum ordines instruxit, sed et, quae alto saxo latent, metalla ex coloribus discernere docuit. Quidquid in hoc colore summum habetur, aerarium lapidem ita denotat, vt dubitandi locus haud superfit. Vana est auri, ex pyrite aurei coloris, expectatio, nec res nomini respondet, quamuis enim constet, auri ramenta quaedam, pyrite quodam, auri compote, contineri, ea tamen metalli est pauperies, vt ad genus quoddam constituendum lapidis materies haud sufficiat, sicut plumbaginem metallicam, argenti mica praegnantem, argentariis lapidibus nemo adscribit. Qui pallide flauescit, pyrites, ferro, hinc sulphure, valet, prout atramentum, ex lapidibus istis sponte nascens, et experimentum, in exusto lapide, magnete institutum, luculenter affirmant. Pyrites candidus, cui semper flauus aliquis igniculus interlucet, Arsenici ferrique lapis est, quem formarum mensura, qualis pyritem flauum signare solet, destitutum, hinc cognitu per figuras difficilem, instituta cum concoloribus aliis lapidibus comparatione, a similitudine cum argenteo colore, vnde *pyrites aqueus*, ab aeris cocti colore, vnde pyrites, *Kupfernichel* dictus, definimus. Color aliquis ex aureo et cyaneo, quandoque viridi, varians, summo tantum lapide comparens, nec omni saxo

gediegen Messing, unter dem Nahmen GANS, von RVMPHIO, in seiner Amboinischen Rareitkammer, in Siam, ist bemercket worden, hat der Herr Besitzer doch Bedencken getragen, dieses, vermuthlich gekunstelte, Wesen in die Zahl derer gediegenen Erzte zu bringen, maßen auch PLINIVS zu seiner Zeit, daß kein gediegen Messing mehr gefunden worden, bezeuget. Hingegen giebt es allerhand goldfarbene Stufen, welche hart und spröde sind, maßen man eine gewisse Feuer- oder Licht-ähnliche Farbe, an allerhand Kupfer und Eisen-Erzten, sowohl auch an verschiedenen gebildeten Steinen, bemercket. Diese, entweder durch und durch gehende, oder nur angeschmauchte, Gold-Farbe wird Kieß genennet. Der gepriesene Herr HENCKEL hat nicht allein nach denen verschiedenen Ecken, und dem Wachsthum dieser Berg-Art, ihre Geschlechts-Register verfertiget, sondern lehret uns auch, ihr inuhabendes Metall nach der Farbe kennen. Das höchste Gelbe, bemercket ohne Widerspruch, daß der Kieß Kupferhaltig sey: Es ist vergebens, daß wir uns von einer Art sogenannten Gold-Kießes, etwas versprechen, das dem Nahmen ähnlich ist, denn obgleich der Gold-Gehalt einiger gelben Kiese außer Zweifel gesetzt wird, ist doch der Gehalt nicht so beschaffen, daß ein Haupt-Geschlechte dadurch könnte bestimmt werden, so wenig man den Bley-Glanz unter die Silber-Erzte rechnen wird, weil einige Silber-Theilgen darinnen verborgen liegen: Der blaffarbige Kieß ist Eisen und schwefelhaftig, welches der ausschlagende Vitriol und die Magnet-Probe, nach dem Kösten, bestätigt. Die weißen Kiese, welche dennoch einen Abfall des gelben in sich haben, sind Arsenic und Eisenhaltig, welche zwar, da sie keine abgemessene Gestalten, gleich denen gelben, besitzen, schwer zu erkennen sind, dennoch aber, in Vergleichung mit andern gleichfarbigen Berg-Arten, an ihrer Silber- oder Kupfer-Farbe, was den Kupfer-Nickel anbetrifft, erkannt werden. Eine aus goldgelb und blau, manichmahl auch aus grün, vermischte Farbe, ob sie gleich nur auf der Fläche derer Erzte bemercket wird, und nicht durchaus gehend ist, giebt denen Kupfer-Kiesen einen beson-

(g) visus,



vifus, pyritem aerarium notat; Flores aeris, vel pyritem versicolore, palumbi, in sole apricantis, facie, appellant metallici, qua classe, glebae diuitis metalli, quorum versicolores Ichthyomorphos lapides referimus, continentur.

Nec colores tantum, sed etiam formae, pyritis valorem designant; Qui Tesserarum forma nascitur, pyrites, inter nostrates haud infrequens, cui ordini lapidem quadratum, Quadrae Sinensis nomine compellatum, interesse suspicamur, et gratissimum illud munusculum ab Illustri HEVCHERO, Consiliario Aulae et Archiatro Regio, liberaliter transmissum, veneramur, Ferri est particeps. Huic metallo globosa pyritis forma haud minus fauet, hanc enim quicumque induxit, pyrites, efflorescente atramenti albo polline, sponte fatiscit, et metalli, quod intus est, argumentum edit. Similis candidissima atramenti fauilla pyrite arsenicali argenti absolutissimi, et rudis, quod rufi coloris est lapide, efflorescit, non metallo, sed glebis, infesta, quae formae detrimentum abinde, soluto nexu, capiunt. Quodsi coniecturae locus est, Sarcophagus iste PLINII, lapis Affius dictus, eiusque Flores, exponente AGRICOLA, Cobalti gleba, et suffragante HENCKELIO, lapis aliquis cadmeodes et pyrites arsenicalis, ferrum in sinu habens, extitit, quamuis aliam de hoc lapide sententiam GALENVS foueat, quo exponente, *Affium lapidem, marinum quodpiam et florem eius rorem maris in petra residentem esse, intelligas.* Quod in omni, quae superest, re fossili praeterea flauescit, tacente etiam magistro, loquitur. Auripigmentum *Specularium more* habetur *fragile* PLINIO, gaudet enim hac forma induci arsenicum, prout pyrites, crustarum forma nascens, et Cobaltum, testarum facie genitum, clare docent. Quod Sandaracha est DIOSCORIDI, in iisdem cum auripigmento glebis nascens, innocuum equidem CAESALPINO

dem Nahmen; Man nennet sie Kupffer-Blumen, und buntfarbige, oder taubenhalfige, Rife, in welcher Classe sehr reichhaltige Erzte, wohin die buntfarbige Fisch-Schieffer gerechnet werden, begriffen sind.

Nicht allein aber die Farben, sondern auch die Gestalten, verrathen derer Kiese innern Gehalt. Die viereckigten, würflichten, Kiese, dergleichen sich allenthalben finden, wohin auch die Piedra quadrata, oder Quadra Sinensis, zu rechnen ist, welche der Herr Besizer vor kurzen von der gütigen Hand des Königlichen Hof-Raths und Leib-Medici Herrn von HEVCHER, erhalten, sind dem Eisen zugethan, welches Erzte die kugelförmigen Kiese ebenfalls sehr lieben, weßwegen sie auch, wegen des Ausschlagen des Eisen-Vitriols, gar leicht zerfallen, und ihres Eisens Anzeigung dadurch von sich geben; Dergleichen weißen Ausschlag bemercket man auf denen Gifft-Kiesen, in welchen gediegen und rothgülden Erz wächst, wannhero dem Metalle zwar nichts abgehet, die Stoffen aber sehr ofte ihre Schönheit und Festigkeit verlihren, und ist zu vermuthen, daß der Fleischfressende Stein des PLINII, und dessen Blume, eine Cobalt-Art, nach AGRICOLAE Meynung, oder ein eisenhafter Gifft-Kies, wie ihn Herr HENCKEL nennet, gewesen, obgleich GALENVS diesen Stein und dessen Blume der See zueignet. Das Gelbe derer übrigen Erden-Cörper redet von sich selbst; Das Auripigment ist schieffrig und blätterförmig, maßen der Arsenic sich in dieser schirblichten Gestalt gerne sehen läffet, wie die Schirbel-Kiese, nebst dem Schirm-Cobalt, zur Gnüge beweisen. Die oft bey dem Auripigment brechende, von DIOSCORIDE also genennete, Sandaracha, welche, ob sie gleich CAESALPINVS vor unschuldig hält, dennoch, der arsenicalischen Verwandtschaft halben, verdächtig ist, und der gediegene gelbe Arsenic, offenbahret sich durch den gewöhnlichen Knoblauchs-Geruch auf Kohlen, und wird dadurch von selbstwachsenden gelben Schwefeln unterschieden, welche bey dem Anbrennen einen unschädlichen,

con-



concretum visum, affinitate tamen, qua arsenico propinquum est, valde suspectum, ipsumque, quod pyriti arsenicali saepe inest, arsenicum absolutius flauis coloris, odore viroso, qui huic fossili natius est, allium referente, instituto per ignem experimento, cognoscuntur, dum flauum, quod *ἀπυρον* est, sulphur, et quicquid praeterea sulphuris sincerum nascitur, mitius succensa olent, flauis, que succino, ambram, vel aroma, dum deflagrant, spirantibus. Terrae flavae colore manus inficiunt, aurei coloris mica, facili tritura in lucidum scobem soluitur, Gemmae flavae, dura acie vitrum secant, fluoribus crystallinis, quos idem color tinxit fragilitate notatis.

Quod polita laeuigie, albo colore nitet, metallicum, plurimarum glebarum indolem designat, quas, quae vnicuique propria est, alia affectio, suo quamlibet loco facili caractere constituit. Qui natius saepe lapide destillat, hydrargyrus, aquae more diffluit. Argentum, quod in saxo, absolutum, sedet, facilis est materiae, vel, vegetabilium more, radicibus defixum, capillorum, aut ramulorum, forma nascitur, vel toto lapide, intus concipitur, foliorum saepe formas imitatum, vel superficie glebarum adhaerens; Ista albedo, varia re metallica saepe, prout in argento stercorei coloris factum est, obducitur. Candidi coloris argentum rude, si quis vnquam lapis, metallicas, res alias, colore easdem, materia tamen dissimiles, habet, cum quibus confundi possit. Id quod cum intelligeret HENCKELIVS, quo magistro sensibus obuii fossilium characteres ad summum claritatis culmen euecti sunt, candidos lapides, colore similes, pro lucis et umbrae diuersitate, in ordines digessit; Pyritem candidum, quem aquei coloris dicimus, primo loco constituens, Cobaltum, metallici coloris, proximo, Argentum rude, candidi coloris, lapidem cinereum, argenti compotem, cinereum aeris lapidem, et qui a vitro dicitur, reliquis, ea mensura, qua candoris lumen in umbram sensim delabitur. Si quid praeterea rerum fossilium albet, *grauitate*, quae volumine lapidis maior est, prout

gleichwie die gelben Erd-Säfte, Berg-Öel, gegrabener und See-Alt-Stein, angebrannt annehmlich riechen, im Feuer Geruch von sich geben. Die gelben Erden färben die Hände bey dem Anrühren. Die gelben Glimmer splittern sich, indem sie gerieben werden. Die gelben Edelsteine schneiden Glas. Die gelben Flüße sind zerbrechlich.

Terrae succis, naphtha, fossili marino- deflagrant, spirantibus. Terrae flavae colore manus inficiunt, aurei coloris mica, facili tritura in lucidum scobem soluitur, Gemmae flavae, dura acie vitrum secant, fluoribus crystallinis, quos idem color tinxit fragilitate notatis.

Das Weiße, Glänzende, ist verschiedenen Stufen eigen, welche durch andere vorkommenden Umstände entschieden werden. Das Quecksilber, welches oft gediegen gefunden wird, fließet auseinander; Das gediegene Silber ist biegsam, und erscheinet oft, auf eine denen Pflanzen ähnliche Art, in Gestalt derer Haare, und Aeste, oder, im Gesteine, mit Blätter-Gestalten, oder nur angeschmaucht, oft ist diese weiße Silber-Farbe mit einer Berg-Art, wie an dem Gänse-kotzigten Silber zu sehen, überzogen: Das weißgöldene Silber-Erzt hat seines Metalls eigene Farbe, und kan unter allen Erzten am leichtesten, mit gleichfarbigen, sonst aber ganz verschiedenen, Erzten vertauschet werden; Demnach Herr Henckel, welcher die sinnlichen Kennzeichen derer Erzte auf das deutlichste beschrieben, die weißen ähnlichen Erzte nach denen Graden ihrer Lichtigkeit und Dunkelheit, geordnet hat, nach welchen er zuerst den weißen Kieß, darnach den lichten Cobalt, darnach das weißgöldene Erzt, Fahl-Erzt, Fahl-Kupffer-Erzt, und endlich Kupffer-Glas, in einem gemessenen Abfalle derer Farben nacheinander aufführet, und kenntlich machet. Was von weißen Erd-Cörpern noch übrig ist, wird durch seine Schwebre, wie die weißen Zinngrauen; durch sein Schlupfriges, wie der Talc; durch sein glänzendes Anfärben in der Hand, wie die weißen Glimmer; durch seine Schiefer-artige, eissfarbige Durchsichtigkeit, wie das Frauen-Glas; durch sein spießigtes



lapilli candidi, cassiterio praegnantem, *lubricitate*, prout Magnetis *contractione*, qua manum dealbat, prout mica alba, *pelluciditate*, prout Selenites, *Fibrarum rectitudine*, prout Amiantus, Alumen plumosum, et lapis quidam ex nostratibus, quo gypsum vritur, *solubilitate*, prout Sales fossiles, *duritie*, prout Adamas, cum congeneribus gemmis, et Crystalli, cognoscuntur.

Nigredo rerum fossilium memoriae famulatur quam efficacissime, vbi vniuscuiuscunque lapidis singularia momenta in consilium vocaueris. Lapilli nigri frugiferi, quibus cassiterium coquitur, grauitate, quae volumine maior est, ponderant Lapilli nigri steriles, ob rapacitatem a lupo dicti, grauitatem et colorem frugiferorum, quibus plumbum candidum coquitur, imitantes, fibrarum tamen nigerrimarum, tractu designantur, dum quicquid praeterea inter fossilia nigrescit, flammam concipiendi facultate, quod carbonum fossilium est, odore, quod Petrolei et Gagatis, cognoscitur.

Quae speculari laeuigie, areis latis et fissilibus coruscant, et grauitate sua volumine inferiores sunt, glebae, Galenam nullius metalli referunt, plumbagini metallicae saepe simillimam, leuitate tamen et fragilitate dignoscendam. Nigredo isthaec metallica laete fulgens in lapidibus grauitate specifica eminentibus, Galenae frugiferae nomen impertitur, quorum areolas, prout diuersae in variis glebis mensurae prostant, si circumspicias, habiturus es, quo diuitis metalli plumbaginem tenuitate, pauperioris metalli Galenam latitudine areolarum definire possis.

Quod fibris nascitur, nigrum, metallici coloris, cuius absolutior materia radiis disponitur, stibio ita familiare est, vt nomen etiam abinde inter Germanos datum sit. Eiusdem texturae Bisemuthum, si in-

Wachsthum, wie der Amiant, Feder, Alaun, und eine gewisse Art innländischer Gips-Stein; durch sein Auflösliches, wie die gegrabenen Salze; durch seine Härte, wie die Diamanten und Crystallen, auseinander gesetzt und entschieden werden.

Die schwarze Farbe derer Erzte giebt

allerhand, dem Gedächtniß dienende, Erkennniß-Mittel an die Hand, wenn man die besondern Eigenschaften derer Stufen mit zu Rathe ziehet: Die schwarzen Zinngraupen sind schwehr. Der Wolffram, eine denen Zinngraupen, an Farbe und Schwehre, sehr ähnliche Berg- Art, ist an denen länglichten Gestalten seiner spießigten Theile leicht zu erkennen: und was sonst an gegrabenen Sachen hart, oder gleißend schwarz, ist, wird durch seine brennliche Eigenschaft, wie die gegrabenen Kohlen, durch seinen Geruch, wie Berg- Del und schwarzer Agt- Stein, sehr deutlich entschieden.

Die Spiegelglänzende Schwärze an einer Stufe mit breiten und splittrenden Theilgen, und von besonderer Leichtigkeit, giebt eine Blende zu erkennen; Deren einige dem Bley- Glanz an Farbe ähnlich sind, aber durch die Leichtigkeit und Zerbrechlichkeit gar bald entschieden werden. Diese metallische glänzende Schwärze, mit mehreren Lichte bezeichnet, nebst der Schwehre, den Bley- Glanz; Und wenn man das Maas derer unterschiedenen Flächen, auf diesen Stufen, darzu nimmt, wird man den reich- oder Silberhaltigen Bley- Glanz in kleinspießigten, den gemeinen und armen hingegen, in grobspießigten, Gestalten antreffen.

Das Spießigte in der schwarzglänzenden Farbe, welches Wort eine strahlförmige Bildung derer metallischen Theile angiebt, wird dem Spießglase eigen seyn. Sollte sich ein spießigtes Wisemuth finden, gestalten solcher, wie Herr Henckel angemercket hat, uenias,



uenias, prout ista res metallica, tenuibus saepe filis stibio simillima, docente HENCKELIO, nascitur, attritus, quo manus nigro inficitur, et facillima colliquatio rem istam meta declarabit.

Inter metallicos lapides, lucidae nigredinis, colore suo parum constat cadmia metallica, quam Cobaltum appellant, quod non tantum varia specie, cinerea, vel ad inclinationem colore varians, deprehendatur, lucida saepe, aut chalybis facie, vt pyritem aquei coloris, vel, qui Mispikel appellatur, esse putes, sed et Bisemuthi communione fere semper fruens, dubium, quid alterutrius rei in lapide sit, spectatorem relinquat. Sunt tamen discriminis momenta, quae Cobaltum notant, lapidis, scilicet Saxi, ex crustis coaceruata materies, vel tuberibus aspera forma, candidus rufusque pollen, quem Cobalti aeruginem compellare mos est, ruberrimus aster, lapide scriptus, quem florem Cobalti nominant, hinc cepaceus in igne odor, quibus omnibus efficitur, ne circa lapidem anceps quis haerere possit.

Parcissimus est inter fossilia viridis color. Lapilli virides, quibus plumbum nigrum coquitur, Zschopauiensis, prismatica trabium et turricularum, prone et transuersim iacentium, figura, ea forma, qua crysalli saepe solent, signantur: Eadem est lapillorum Zschopauiensium, quae flauent, aut candicant, facies. Aeruginem, pyrite aerario repertam, vel aliam, quae lapide vacua est, sapor adstringens et statio, dum, nisi in lapidibus aerosis, nullibi reperitur, manifestant. Terrae virides, vel solae, vel in faxis repertae, prout lapides, Cobalti participes, quandoque habere solent, attritu manus inficiunt, dum, quicquid ex durissimis rebus, opacis, vel diaphanis, virescit, gemmarum nomine indicatur, et, quicquid pellucidi cum fragilitate virescit, fluorum viridium titulos accipit. Cyaneum colorem quod attinet, natura sibi ipsi hanc legem tulisse videtur, vt, quod

offt stramigt, und dem Spießglase ähnlich, bricht, würde alsdenn die Leichtigkeit im Schmelzen, bey geringem Feuer, und das Färbende, bey dem Reiben in der Hand, diese Berg-Art gar bald verrathen.

Unter allen schwarzglänzenden Erzten, ist der Cobalt, seiner Farbe nach, am schwehresten zu entscheiden, maßen er nicht allein in seinen Arten oft grau und buntfarbigt erscheinet, und, was den lichten Cobalt betrifft, mit Mispikel und Wasser-Kieß vertauschet werden kan; sondern auch meistens mit Bisemuth in einer Stufe gefunden wird. Dagegen ist sein Wachsthum, nach welchem er schirblicht, knospigt, mit einem weißen, oder rothen, Meel, welches man Cobalt-Beschlag, mit rothen Sterngen, welche man Cobalt und Bisemuth-Blüthe nennet, geziert zum Vorschein kömmt, nebst seinem Knoblauchs-Geruch auf Kohlen, ein Unterschieds-Zeichen, welches nicht zuläßt, daß man etwas anders an seiner statt annehmen solte.

Die grüne Farbe kömmt nicht gar vielen Fossilien zu: Das grüne Zschopauer Bley-Erzt kömmt man an der ungleichwinklichten Gestalt seiner Theile, welche, nach der Art verschiedener Quarze, wie Balken über- und untereinander liegen, welche Gestalten auch dem gelb- und weißen Bley-Erzte dieser Art eigen sind. Das Kupffer-Grün, wie es, theils in Kupffer-Kieß, theils ausser dem Gesteine, zum Vorschein kömmt, ist an seinem zusammenziehenden Geschmack, und an seiner Lager-Statt, zu erkennen, maßen es nur in Kupffer-Erzten gefunden wird. Die grünen Erden, welche vor sich, oder auf Quarz und Drusen, zuweilen auf Cobalt-Gängen, gefunden werden, sind zerreiblich und anfärbend. Die grünen Flüße und Edelsteine, und was, in dieser Farbe, sehr harte, dunckel, oder durchscheinend, ist, bekommt den Nahmen derer Edelsteine. Was durchsichtig grün, aber zerbrechlich, ist, heißet ein grüner Fluß: Was die blaue Farbe anbelanget, so ist beynabe zur Regul wor-

(h) opa-



opacum in hoc ordine habetur, aliqua affinitate aes attingat: Cyaneum metallicum, et quicquid in fodinis est coerulei natiui, vel coloris coeruleo variantis, Lazulus dictus, azureus lapis, scintilla pyritae lucens, cui parem antiquitas non habuit, hinc Armenius, ex colore coeruleo ad viriditatem tendens, Sapphiro PLINII par habendus, nisi Armenium DIOSCORIDIS, vel Armeniacum GALENI, Terra, non lapis, fuerit, omnes, aeris sunt lapides. Transparens in lapide duro cyaneum, gemmas notat, cuius coloris, qui purpurae veterum imaginem sistit, Amethystus, summam obtinet, Sapphiro, Leucosapphiro, et Beryllo expirante, sensim viola, pallentibus. Habemus ergo, quorum adminiculo reminiscimur, quibus etiam lapidum valores experiri, hinc ordines eorum stabilire possumus, colores Fossilium: Quod si futuri sunt dubii metalli lapides, quos, nec color, nec alia glebae conditio, satis exponit, siquidem familiaritate et frequente rerum usu, magnam eorum partem, non doctrina, ediscimus, vnde, qui euidentibus signis constant, lapides, plebei et rustici appellari solent; Est tamen in mente spectatoris experti, qua, quid in lapide sit, declarat meditatio de coloribus, vtut eloqui eandem non possit, sicut colores vegetabilium, quanto studio quis verbis significare eisdem velit, vocum valores eludunt; Superest sane, lapidum rebellium, quos, aliqua oratione, per signa intellectui facilia, exponere nequimus, copia. Huius indolis sunt variae glebae, auri, argenti, aeris ferrique, participes: In pyrite, filicibusque auriferis, lapillis purpureis, et arena fluminum, aurum habente, nihil est, quod absconditi metalli suspicionem facere possit: Nigrum metallicum, argenti compos, terrae incedit facie, lapillos candidos, quibus cassiterium coquitur, filicis candidi habemus simillimos, inter metallica sidereum lapi-

den, daß alle blaufarbige, dunkle, Fossilien Kupfferhaltig sind: Das Kupffer-blau, oder Kupffer-Lasur, das schielende Blaue derer Kupffer-Blumen, der Lasur-Stein, welcher durch seine kieseligten goldfarbenen Punkte kenntlich ist, und denen Alten unbekannt gewesen, der, wie PLINIVS seinen Sapphir beschreibet, blau und grünliche Armenier-Stein, wiewohl DIOSCORIDES und GALENVS mit diesen Nahmen eine blaue Erde beschrieben haben, sind alle denen Kupffer-Erzten sehr nahe verwandt. Das durchsichtige Blau, macht mit seiner Härte, Edelsteine; Der Amethyst, welcher des wahren Purpurfarbenen derer Alten Ausdruck ist, hat dieser Farbe höchsten Grad, von welcher ein Sapphir, Lux-Sapphir, und Beryll, der Abfall sind. Es sind demnach die Farben an denen Fossilien sichere Gedächtniß-Mittel, durch welche sich, theils der innere Gehalt derer Stufen errathen, theils ein Erz in seine Classen bringen, läßt. Gesezt auch, daß einige unkenntliche Stufen, der Farbe, oder anderen Umständen, nach, nicht beschrieben werden könnten, wie denn durch fleißigen Umgang mit Erzten, und nicht allemahl durch Regula, sich ein großer Theil derer selbst erkennen läßt, dahero auch die kenntlichen Erzte, insgemein Bauer-Stufen, genennet werden, so wird doch in denen Gedanken des Stufen-Kenners nothwendig ein, von der Farbe hergenommener, Begriff, ob er sich gleich durch Worte nicht ausdrücken läßt, erregt, wie etwan die Farben derer Blumen in dem Kräuter-Reiche, so sehr man sich auch bemühet, sie mit Worten zu erklären, nicht flüchtig beschrieben werden können: Also bleiben allerdings verschiedene Erzte übrig, die, nach einigen sinnlichen Kennzeichen, wegen Mangel guter Worte, nicht können beschrieben werden. Dahin gehören allerhand güldische Silber-Kupffer- und Eisehaltige Stufen; Man siehet es denen Gold-Kiesel, einigen Kieseln, Granaten, und dem Fluß-Sande, nicht an, daß Gold darinnen verborgen sey: Die reichhaltige Silber-Schwärze siehet einer schwarzen Erde ähnlich, die weißen Zinngraupen sind weißen Kiesel gleich; unter denen Mineralien, ist es Schwehr, Braunstein, Wasser-Kiesel, und Mißpichel, und einige Cobalt-Stufen, der Farbe nach, einem dem,



dem, pyritem aquarium, et quasdam Cobalti glebas, nisi expertus, colore haud facile agnoscat. Tentamina adeoque instituenda sunt, quibus porro signis lapidum metallicorum valor exponi possit: In facilitate materiae AGRICOLA, passim, discrimen rerum fossilium constituit: Argentum rude, a vitro dictum, expositurus, malleo illud premi, et cultro diuidi, posse allegat, qua eadem facilitate argentum rude, cornu instar pellucidum, vnde corneo nomen est, intelligitur: Sunt, quae parco igne fluunt, et facili isthac colliuatione percipiuntur. Bisemuthi lapides candelae flamma stillant; lapilli candidi, si quis inter illos et silicem album ambigat, hinc et reliqui, quibus Cassiterium coquitur, lapides, subito liquantur, et cuius metalli res sint, profitentur. Ex altera parte, duritie fossilium discrimen statuitur: Hac, gemmae a crystallis, colore tinctis, igne colliquescentibus, quibus propterea fluoribus nomen est, hac, antiqua marmora, trans mare aduecta, a recenter caesis, dignoscuntur. Hac, marmoribus pretium statuitur, alabastris et duritie et dignitate inferioribus.

Est etiam in odoribus, quos varia metallica, deflagrando, aut attritu, spargunt, significandi valor. Praegnantis arsenico lapides virus olent, quod alibi dictum est; Est sua succis terrenis inflammabilibus, est succino, fragrantia. Quibusdam lapidibus ab odore nomen est; Iolithon, qui violam olet, qui stercus olet, Coprolithon, suillumue lapidem, compellamus. Tactu non minus distinguuntur Fossilia. Non tantum, quae natua est variis rebus metallicis, grauitas, simillima caeteroquin corpora suis ordinibus adiudicat; Habet etiam contrectatio et lapidum superficies non leuem designandi efficaciam. Lubrico digitos inquinamento plumbago trita inficit, Talcum, Steatites, Terrae, quas pingues dicimus, seui instar, manibus tangentium ablandiuntur; Sunt, quae

Lehrlinge begreiflich zu machen. Demnach ist ein Versuch zu machen, durch welche äußerliche Zeichen sonst verschiedene Erzte möchten beschrieben werden können. AGRICOLA giebt an vielen Orten das Geschmeidige, in denen Erzten, vor ein Kennzeichen an; Wenn er das Glas-Erzt beschreiben will, saget er: Daß es unter dem Stempel breit geschlagen, und mit dem Messer geschnitten werden könne; Durch diese Geschmeidigkeit wird ebenfals das Horn-Erzt, nebst seiner Farbe, von welcher es den Nahmen hat, entschieden. Einige Erzte schmelzen bey leichten Feuer, und werden dadurch kenntlich. Der Wisemuth kan bey einem Lichte geschmolzen werden, die weißen Zinngraupen, wenn jemand sie vor Kiesel halten wolte, schmelzen sowohl, als die übrigen Zinngraupen, bey geringen Feuer, und geben dadurch ihren Gehalt zu erkennen. Dabingegen durch die Härte bey vielen Fossilien der Unterschied bestimmet wird: So sind die edlen Steine von denen Flüssen, die alten, oder über Meer hergebracht, Marmel, von denen neuern und innländischen unterschieden. Nach dieser Härte werden die Marmel denen weichen Alabastrern vorgezogen.

Hiernächst, ist in dem Geruche, welchen verschiedene Berg-Arten, im Feuer, oder durch das Reiben, von sich geben, eine Bedeutungskraft. Die Gift-Erzte haben einen schädlichen Geruch, wie bereits oben erwehnet worden: Die Erd-Harze und Agt-Steine, haben angenehme Ausdampffungen. Einige Steine werden von ihrem Geruch genennet; Der Viole-Stein hat seinen guten, so, wie der Schwein- oder Stinck-Stein seinen übeln, Geruch den Nahmen zu dancken. Durch das Gefühle werden nicht weniger allerhand ausgegrabene Sachen entschieden. Nicht nur die verschiedenen Sachen eigene Schwehre entscheidet allerhand gleich aussehende Dinge, sondern auch die Beschaffenheit der Fläche auf vielen Berg-Arten, und der Angriff, lehret, wohin eine Berg-Art gehöre. Der Bley-Schweif ist schlüpfrig und schmierigt; Der Talc, der Speck-Stein, die fetten Erden, schmeicheln der Hand, durch ihre Glätte; Einige Berg-Arten brennen nach dem Angriff in der Hand;



digitos adurant, metallica; Lini Asbestini pruriginosa stamina, urticarum more, cutem vellicant, Fossorum manus pedesque, dum opus faciunt, Cobaltum exest, quare inductus AGRICOLA, Sarcophagum lapidem, quo PLINII aetate defunctorum corpora, ut cito absumerentur, condita fuerunt, Cadmiam metallicam esse, confidentius asseruit.

Nec saporibus inconsultos in discriminis constituendi negotio dimittimus. Suspecta est aquarum dulcedo, qua plumbi nocens virus subesse intelligimus. Nauseam mouent degustatae, quibus aeris particula soluta fuit; Ferri ramenta traxisse putamus acidulas; Sal medium imbibisse amaras, arbitramur. Saporum iudicio Atramenta constant: Quamuis enim colores posthabendi non sint, siquidem, quod viride est, atramentum, ferro, quod coeruleum, vel album, aere, certissimo experimento nascitur; Quamuis etiam, antiquis, a coloribus, atramenta compellata sint, ut, quod aureum, Sory, itidemque foetidum, quod cinereum, Misy, quod rufum, Chalcitis, quod nigrum, Melantheria, dicatur; Ea tamen est colorum in atramentis turba, ut in vna gleba videas omnes, et, quod cinereum est, vel nigrum, successu temporis flavescat. Quare, sapore arbitro, sufficit, virosa, quae aeris sunt soboles, a subdulcibus, ferri progenie, prout in gleba Hassiaca vnicum fere exemplum prostat, distinxisse. Diuersus est, et linguam strangulans, glebarum, quibus alumen coquitur, sapor, quarum aliae capillarum, aliae tabularum, aliae fissilium, forma nascuntur, ut habeas, quo Amiantum, scissili alumini similem, dignoscere possis. Sapore arbitro, terras pingues, et macras, sales etiam fossiles, quos, prout in rufo et viridi est, color dissimiles reddere potuit, perscrutamur.

Die kleinen Fäszen des Asbests machen eine Empfindung in der Haut, wie Brenn-Nesseln; Die Cobalt-Erzte, beißen denen Gruben-Gängern die Haut an Händen und Füßen, daher AGRICOLA bewogen worden, den Fleischfressenden Stein PLINII, aus welchem, in damahligen Zeiten, Särge vor die Todten, damit sie bald verzehret werden solten, zubereitet worden, vor eine Cobaltische Berg-Art zu halten.

Der Geschmack entscheidet ebenfalls allerhand Sachen. Die besonders süßen Wasser sind, des verborgenen Bley-Giftes halben, verdächtig; Die Kupfferhaltigen Wasser schmecken eckel; Die sauren Wasser werden Eisenartig, die bitteren Wasser denen Mittel-Salzen zugethan, geachtet: Die Vitriole werden durch den Geschmack entschieden. Denn, obgleich die Farben hierbey auch in Betrachtung gezogen werden, maßen der grüne Vitriol, Eisen, der blau und weiße aber Kupfferhaltig ist, und obgleich die Atrament-Steine derer Alten, von denen Farben benennet worden, daß man das goldfarbene und stinckende, Sory, das grüne, Misy, das rothe, Chalcitis, das schwarze, Melantheria, genennet; So ist dennoch eine solche Unbeständigkeit in ermeldeten Farben, daß sie öftters in einer Berg-Art beyssammen aufstehen, und das grüne und schwarze Atrament öfttmahls gelb wird. Daher, nach dem Zeugniß des Geschmacks, genug ist, die eckelhaffigen Kupffer-Erzte von denen sauren und süße schmeckenden Eisen-Vitriolen, welche in dem einigen Exempel der Heßischen Eisen-Minern angetroffen werden, zu entscheiden. Ein anderer, und fast erstickender, Geschmack ist in denen Alaunhaltigen Erden, und in denen übrigen selbst wachsenden Alaun-Arten, dem Feder- und Schiefer-Alaun, so, daß dadurch, wenn eine Art Amiant, dem Feder-Alaun ähnlich ist, der Unterschied deutlich gemacht werden kan. Nach dem Urtheil des Geschmacks, untersuchen wir allerhand fette und magere Erden, so wohl auch gegrabene Salze, welche, nach dem Exempel des rothen und grünen, der Farbe nach, unterschieden zu seyn, das Ansehen haben möchten.

Eodem



Eodem sapore iudice, vtrum, qua Borax Venetiis excoquitur, gleba fissilibus laminis, specularium more, constans, alba, Salis fossilis titulum mereatur, exponimus, nec, sine momento MERCATVM Nitri fossilis nomine hanc rem compellasse, intelligimus, nisi, prout CAESALPINO visum est, statim suam nasci Boracem, cui sententiae experimenta fauent, fatius sit arbitrari.

Obsequium istud naturale, quo res metallica, ferri compotes, Magneti adhaerent, variis experimentis, ad percipiendam lapidum indolem occasionem subministravit. Non tantum Magnes ipse sua isthac facultate sese manifestat, siquidem, qui absolutior, statim, ex quo vena caesus fuit, dummodo polum prospiciat, ferrum attrahit, sed etiam magnetica ista virtute varia ediscimus metallica: Sideream glebam, quam lapidem Manganensem, vulgo magnesianam, vocamus, ferri haud expertem esse, lapillos quosdam nigros, quibus Ferri granatis nomen est, ferro nativo et absolutiori propinquos, Fluminum auriferorum arenulas, globulis ferri mixtas, Ferri ramenta, in pyrite varii generis, Aquarum salubrium origines, et terras earum, ferri compotes, Magnete, quem isthaec omnia sequuntur, exploramus. Est huic similis etiam Electris gemmisque omnibus, ab attritu calentibus, paleas et leuia quaeuis corpora attrahendi virtus, vnde Lyncurio, pterygophoro, DIOSCORIDI dicto, Lapidum inter gemmas relato, cui Turmalinus, Belgarum sermone cinerum ductor vocatus, ex nostris respondet, nomen datum fuit. Praeterea, ex suo quilibet ingenio, et pro familiaritate, qua diu multumque rebus fossilibus usus est, cognitionis media excogitabit.

Lapides metallo vacuos, quando in classes digerimus, modo faxi, quo

Auf gleiche Art lehret der Geschmack, daß die Berg-Art, aus welcher in Venedig der Borax zubereitet wird, ein schieffrigtes weißes, dem Frauen-Glas ähnliches, Wesen, den Nahmen eines gegrabenen Salzes verdiene, und man ersiehet, daß solche nicht ohne Ursache von MERCATO ein selbstwachsender Salpeter genennet werde, es sey denn, daß man, wie CAESALPINVS davor gehalten, und wie die Proben zeigen, glauben wolte, es werde der Borax, wie er ist, so gleich gegraben.

Die natürliche Zuneigung derer Eisenhaltigen Sachen zu dem Magnete, hat allerhand Untersuchungen, durch welche man den Gehalt derer Erzte erforschen können, den Weg gebahnet. Nicht allein der Magnet selbst offenbahret sich durch diese seine Kräfte, maßen er, wenn er derb und gediegen bricht, sogleich, ohne fernere Zubereitung, wenn er nur in eine gehörige Lage nach dem Pohl gebracht worden, das Eisen anziehet, sondern wir lernen auch durch des Magnets Beyhülffe allerhand Berg-Arten erkennen: Daß der braune Stein eine Eisenhaltige Berg-Art sey, daß die sogenannten schwarzen Eisen-Granaten dem gediegenen Eisen sehr nahe kommen, daß der goldhaltige Fluß-Sand mit Eisen-Theilgen gemischt sey, daß allerhand Kiese eisenhaltig sind, daß die warmen und sauren Gesund-Brunnen in ihren Grund-Erden Eisen-Theilgen besitzen, erforschen wir durch den Magnet, maßen erwehnte Dinge, mit einiger Zubereitung, oder auch von freyen Stücken, demselben anhängen: Eine etwas ähnliche Krafft besitzen die Aigt-Steine, und alle edlen Steine, nach welchen sie, wenn sie warm gerieben worden, leichte Sachen an sich ziehen, woher einem gewissen Edelsteine von DIOSCORIDE der Nahmen des Federn anziehenden Lyncurs gegeben worden, mit welchen der sogenannte Aschendrecker, oder der Turmalin, welcher, wenn er warm worden, Asche an sich ziehet, verglichen werden könnte. Außer dem ist ein jeder vermögend, nach seiner Einbildungs-Krafft, und dem öftern Umgange mit gegrabenen Sachen, sich selbst allerhand Mittel des Erkenntnisses auszudencken.

In der Abtheilung unhaltbarer Steine, sehen wir bald auf die gewöhnliche Größe des

(i) repe-



reperiri solet, volumen, modo stationem et nascendi conditionem, modo duritiem, modo colores, modo formas, rerum contemplamur. Nobiles lapides, quas gemmas appellamus, ambitu et voluminis mensura, hinc fulgido colore et duritie, quae limam patitur, distinguuntur ab ignobilibus minusque pretiosis, quapropter Gemmis cum paruitate maiestatem PLINIVS adiudicat. Videas durissimos, quae limam eludunt, lapides, nobilitate tamen inferiores, ex nostris, qui ferri duritie valet, Basalten, ex peregrinis antiqua marmora, quapropter illi demum pretiosi compellantur lapides, qui, cum durissimi sint, iidemque inuentu rari, volumine parui, egregiam lucem fundunt. Inter hos dignitate excellunt, qui cum duritie pellucunt, proxime absunt, quibus, arte perpolitis, lucida est superficies, siue obscure pelluceant, siue nihil luminis transmittant. Dum pellucentes nominamus lapillos, procul absumus ab illis, qui colorum praestantiam fragilitate dehonestant, Fluorum nomine metallicis compellati. Quae nihil informes nasci passa est, natura, sua hisce omnibus simulacra forte distribuit, speciemque referunt, pretiosi, et minus pretiosi, lapides, qua vnumquemque, etiam nescienti, depingere possis. Sed peregrinae sunt istae, quas in gemmis lapidibusque reperire solemus formae, quibus similes alias per reliqua Naturae Regna haud reperimus, quapropter heteromorphos, qui nullius rei creatae formam referunt, lapides, hos omnes, MERCATI autoritate, recte compellamus, dum, qui animalium et vegetabilium specie nati sunt, naturae proprio et domestico quasi signo inscripti, Idiomorphorum lapidum titulo declarantur. In vnaquaque Lithographiae disciplina, quibus memoriam adiuuare, et rei significandae indolem exponere, possimus, habemus imagines. Loquuntur nobis gemmae coloribus, sed, sicut rerum naturalium

verselben, bald auf ihre Lager-Stätte, und die Art, nach welcher sie gefunden werden, bald auf ihre Härte, Farbe und Gestalten. Man erkennet die edlen Steine, theils an ihrem Umfange, und der angewiesenen Größe, theils an ihrem Lichte, und endlich an der Härte, welche der Feile widerstehet. Dannenhero PLINIVS denen Edelsteinen das vortreffliche Ansehen in einem kleinen Körper zu eignet. Es giebt harte, und der Feile widerstehende, Steine, welche darum nicht edel sind, dahin gehöret der innländische, Eisenharte, Basalt, und die alten Marmel, dannenhero diejenigen Steine nur edel genennet werden, welche, nebst der Härte und Seltenheit, ein vortreffliches Licht haben: Unter denenselben eignet man den ersten Rang denenjenigen zu, welche Härte und Durchsichtigkeit besitzen, den nähesten Grad der Würdigkeit bekommen die Steine, welche, nachdem sie geschliffen worden, eine schön glänzende Fläche bekommen, sie mögen nun halb durchsichtig, oder dunkel, und nicht durchscheinend, gefunden werden. Indem wir die durchsichtigen Steine edel nennen, sondern wir von ihnen ab diejenigen Steine, welche zwar mit schönen Farben spielen, aber dabey sehr zerbrechlich sind, und auf bergmännisch Flüsse genennet werden. Die Natur, welche nichts ohne einige förmliche Bildung zum Vorschein kommen läset, hat jeder Art erwehnter Steine eine besondere Gestalt mitgetheilet, und sind, sowohl edle, als unedle, Steine also beschaffen, daß man von jedem, auch denen unerfahrenen, einen deutlichen Begriff machen kan. Es sind aber die Gestalten derer edlen und gemeinen Steine also beschaffen, daß man ihres gleichen sonst in denen übrigen Reichen der Natur nicht findet, dannenhero wir sie, weil sie, ihrem äußerlichen Ansehen nach, mit keiner andern erschaffenen Sache verglichen werden können, ungebildete nennen, dahingegen, die mit thierischen, oder gewachsenen, Gestalten bezeichnete Steine, Bilder-Steine genennet zu werden pflegen. In allen diesen Theilen der Stein-Historie fehlet es uns nicht an äußerlichen Kennzeichen, durch welche wir sowohl dem Gedächtniß Hülffs-Mittel verschaffen, als auch der Sache Eigenschafft selbst erklären, können. Die edlen Steine reden mit uns durch ihre Farben; Gleichwie es aber eine schwehre  
exposi-



expositiones antiquam orationem non semper ferunt, et dubia plerumque est de significato verborum Romanorum per vniuersam historiam naturalem coniectura, ita, quod gemmas attinet, in quamplurimis mentem antiquorum non assequimur, vt satius sit cum mercatoribus, quam philosophis, loqui. Qui in omni re antiquaria clarus est, praestantissimae Eruditionis Professor, CHRISTIVS, de Lapidibus, postquam perpoliti fuerunt, superficie claris, marmoribus, nostris, et peregre adductis, antiquis, recentibus, de gemmis rudibus aequae, ac sculptis, diaphanis, hemidiaphanis, opacis, MVSEI RICHTERIANI, sub fine operis huius, ita commentatus est, vt signorum, quibus lapides hos edisci oportet, ratio ex isto sermone clare percipiatur.

Dici nequit, quanto aemulationis studio gemmarum pellucidarum lucem assequantur res metallicaes steriles, quae venarum sunt coria, quarum haud paucae nobilium lapidum fulgorem imitantur. Est in contemplatione istarum rerum singularis voluptas, et amplissimae doctrinae materies, quam, prout SCHEVCHZERVVS et CAPPELLERVS in Crystallographiis effecerunt, quando in ordines dispescimus, externa formarum et Colorum signa in auxilium vocamus: Hinc duo statim summa genera vniuersam disciplinam in totidem capita diuidunt, altero, res pellucidas nullius metalli, angulis signatas, altero, rem sterilem, opacam, ex foliis contextam, continente, illis Quarzo, his Spatho, penes metallicos, nomen est.

| Lapilli candidi, ochra obducti.                           | Weisses Bleyerz, mit gelber Erde überzogen. |
| Lapilli candidi, in terra rufa.                           | Weisses Bleyerz, in rother Erde.            |
| Lapilli candidi, in terra viridi.                         | Weisses Bleyerz, in grauer Erde.            |
| Plumbago metallica, cum spatho.                           | Bleyglanz, in Spath.                        |
| Plumbago metallica, cum quarzo.                           | Bleyglanz, mit Quarz.                       |
| Plumbago metallica, cum pyrite.                           | Bleyglanz, mit Kieß.                        |
| Plumbago metallica, cum galena sterili.                   | Bleyglanz, mit Blende.                      |
| Plumbago metallica, cum galena, sibi facie.               | Bleyglanz, mit bleyglänziger Speise.        |
| Plumbago metallica, cum fluoribus, smaragdi colore.       | Bleyglanz, mit Smaragd Flüssen,             |
| Plumbago metallica, cum cadmia, quam Schirmcobald vocant. | Bleyglanz, mit Schirmkobald.                |













## G E N V S I.

*Plumbum sui coloris, natium, absolutissimum.*

Gewachsen Bley.

Plumbum natium, Poloniae.

Gewachsen, oder gediegen, Bley, aus Pohlen.



## G E N V S II.

*Lapilli virides, plumbo nigro feraces, crystallorum forma nascentes.*

Grünes drusigtes Bleyerz.

Lapilli virides plumbi nigri, albis luteisque mixti, crystallorum forma nascentes, Zschopauiae. TAB. VII. No. 1. B.

Grün weiß und gelbes drusigtes Bleyerz, von Zschopau. Tab. 7. No. 1. B.

Lapilli virides, olim ex cryptis Zschopauiensibus eruti, hac aetate non comparent. Singularem formam haec gleba habet, quod ramis complicatur, ex transverso nascentibus.

Die grünen Bleyerze, welche ehemals in Zschopau gebrochen, brechen iso nicht mehr. Diese Stufe ist merkwürdig, weil sie in starke Nester auf und über einander gewachsen ist.

Lapilli virides, ramis complicati, ex eodem loco. TAB. VII. No. 2. B.

Grünes ästigtes Bleyerz, von daher. Tab. 7. No. 2. B.

Similis est eiusdem patriae gleba, cuius fundamentum spatho candidiore sternitur, dum lapilli virides, vel sublutei, crystallorum forma, tuberibus scrobibusque innascuntur.

Ist dergleichen Bleyerz von daher, unten weiß und spathig, oben aber mit ganz hellgrünen und gilblichten drusig und flüssig gewachsenen Bleyerz besetzt.

Lapilli ex luteo virides, plumbi nigri, eiusdem patriae. TAB. VII. No. 3. B.

Gelbgrünes Bleyerz, von daher. Tab. 7. No. 3. B.

Glebae, ex luteo viridi, ramus plumbi viridis grandior adnascitur.

Ist ferner dergleichen grün und gilblichtes Bleyerz, worauf ein starker Ranken von grünen Bleyerz anstehet.

Lapilli virides ramosi, crystallis tuberibusque varii.

Drusig und ästigtes grünes Bleyerz, von verschiedener Gestalt, von daher.

Lapilli virides pellucentes, ex eodem loco. TAB. VII. No. 12. B.

Durchsichtig grünes Bleyerz, von daher. Tab. 7. No. 12. B.

Glebae fundamentum lapide metallico ex albo candicante sternitur, dum lapilli laete virentes, crystallorum tenuium multangularum forma, ad modum glebarum caernofarum, intersunt.

Ist eine Bleystufe, unten ganz weiß und gilblicht, oben aber hellgrün und drusig, mit sehr zarten durchsichtigen grünen Bleyflüssen durchwachsen.

Lapilli virides, crystallorum facie, varii, eiusdem patriae.

Durchsichtige crystallinisch gewachsene Bleyflüsse, von daher.

Lapilli virides ramosi, ex eodem loco. TAB. VII. No. 19. B.

Grünes ästigtes Bleyerz, von daher. Tab. 7. No. 19. B.

Glebam a consimilibus distinguunt rami, quibus lapilli virides ad superficiem nascuntur, breviores.

Diese Stufe ist darinnen unterschieden, daß deren oberer Theil mit ganz grünen kurzen Nesten durchwachsen ist.



Lapilli virides, ramis breuioribus, forma variantes, Zschopauiae.

Grün Bleierz, mit kürzern Aesten, verschiedener Art, von Zschopau.

Lapilli ex fusco virides, ex eodem loco.  
TAB. VII. No. 24. B.

Braun grünes Bleierz, von daher. Tab. 7. No. 24. B.

Glebam, lapilli ramis complicati, ex fusco virides, elegantiae naturae opere, conspicuam reddunt.

Ist eine rar gewachsene, aus sehr zarten braun und grünlichen unter einander geworffenen Aestgen zusammengesetzte grüne Bleystuffe.

Lapilli ex fusco virides, forma variantes, ex eodem loco.

Dergleichen, von verschiedenen Gewächse, von daher.

\*\*\*\*\*

## G E N V S III.

*Lapis, crystallorum rhomboidearum facie, candidus, qui plumbum nigrum igne fundit.*

Weisses schiefrikt gewachsenes Bleierz.

Lapis plumbi nigri candidus, selenitae facie, cui plumbum nigrum, crystallorum viridium forma, innascitur, Zschopauiae.

Weisses durchsichtiges Bleierz, wie Frauen Eiß, worauf gründrusigt Bleierz ansethet, von Zschopau.

Lapis candidus, foliorum facie, ex quo plumbum nigrum, eiusdem loci. TAB. VII. No. 2. C.

Blättrigt gewachsenes weisses Bleierz, von daher. Tab. 7. No. 2. C.

Lapis metallicus candidissimus, pellucens, foliorum facie, scissili haud absimilis, nisi specifica grauitas discrimen statueret, selenitae, quam glaciem Mariae vocant, formam habet: Accedit figura rhomboidea exactissima.

Ist ganz weisses, durchsichtiges und schiefrikt gewachsenes, Bleierz, welches, wann es durch seine Schwere nicht zu erkennen wäre, von dem Frauenglas nicht zu unterscheiden seyn würde, in der Gestalt eckiger Crystallen.

Gleba plumbi nigri candidissima, pellucida, lapide nigro eiusdem metalli mixta, ex eodem loco. TAB. VII. No. 5. C.

Weisses durchsichtiges Bleierz, mit schwarzen vermischt, von daher. Tab. 7. No. 5. C.

Gleba absolutioris metalli, lapidem plumbi candidum nigrumque simul habet, qua parte candida est, pellucet, splendet, cauernulisque distinguitur.

Ist eine derbe schwarz und weisse Bleystuffe, daran das weisse ganz durchsichtig glänzet und drusigt gewachsen ist.

Plumbago metallica, cui lapilli candidissimi et pellucidi innascuntur, ex eodem loco.

Bleyglanz, worauf weiß durchsichtiges Bleierz ansethet, von daher.

Quarzum crystallis lucens, cui lapis plumbi nigri, albo citrinoque colore varius, cum plumbagine inest, ex fodina, donum Dei dicta, prope Buckauiam.

Drusen, worauf weiß und citronen gelb Bleierz ansethet, mit Bleyglanz, von der Gabe Gottes, zu Buckau.

Lapis plumbi nigri, candidissimus, in ochra metallica, ex Tischerpermassen, Freibergae,

Weiß durchsichtiges Bleierz, in einer Gilbe, von Tischerpermassen, zu Freyberg.

Lapis plumbi nigri candidissimus, absolutioris metalli, ex eodem loco.

Ganz derbes weisses dergleichen, von daher.

Lapilli candidissimi, ramis complicati, ex eodem loco. TAB. VII. No. 21. C.

Aestig gewachsenes weisses Bleierz, von daher. Tab. 7. No. 21. C.

Gleba candidissima, absolutioris metalli lapillos, ramorum instar complicatos, neque a Zschopauienfibis, nisi colore, discrepantes habet.

Ist eine derbe weisse Bleystuffe, durchaus ästig in einander gewachsen, und von dem Zschopauer anders nicht, als durch die Farbe, unterschieden.

Lapis plumbi nigri candidissimus, ex viridi et rubro lucens, ex eodem loco.

Weiß Bleierz, roth und grünlicht angelassen, von daher.

Lapis plumbi nigri candidus, quem ochra metallica obduxit, ex eodem loco.

Weisses dergleichen, mit angelegter gelber Erde, von daher.

Lapis



|                                                                                                                |                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| Lapis candidus plumbi nigri, in terra rufa, ex eodem loco.                                                     | Weißes, dergleichen, in röthlicher Erde, von daher.                                    |
| Lapis plumbi nigri candidissimus, Bohemiae.                                                                    | Weißes Bleierz, aus Böhmen.                                                            |
| Lapis plumbi nigri candidissimus, in terra viridi metallica, Zschopauiae.                                      | Weißes Bleierz, so in Berggrün anstehet, von Zschopau.                                 |
| Similis gleba, terra viridi remixta, ex eodem loco.                                                            | Dergleichen weißes, mit Berggrün untermischt, von daher.                               |
| Lapis plumbi nigri candidissimus, Angliae.                                                                     | Weißes Bleierz, aus Engelland.                                                         |
| Lapilli plumbi nigri candidissimi, lanuginis instar saxo viridi adnascentes, Furstenbergae.                    | Weißes Bleierz, wie angeflögen, auf grünen Gestein, von Fürstenberg.                   |
| Lapis plumbi nigri, partim viridis, partim luteus, crystallis micans, ex fodina, Tischerpermassen, Freibergae. | Grün und gelblichtes, drusigt gewachsenes, Bleierz, von Tischerpermassen, zu Freyberg. |
| Lapides plumbi nigri candidissimi, in plumbagine metallica frugifera, Zschopauiae.                             | Weißes Bleierz, in derben blendigten Glanz, von Zschopau.                              |

\*\*\*\*\*

GENVS IV.

*Plumbago metallica tessellata.*

**Würfflichter Bleyglanz.**

**P**lumbago metallica tessellata, in quarzo, cum pyrite, fluore et spatho, Harzgerodae.

**B**leyglanz, auf einer Druse, mit Kieß, Flüssen und Spath vermischet, von Harzgeroda.

Plumbago metallica praediues, ex eodem loco. TAB. VII. No. 2. D.

Derber würfflichter Bleyglanz, von daher. Tab. 7. No. 2. D.

Plumbago, metallo potens, polituram natura habet, quam arte datam putares, intersunt quarzum et crystalli, quas fluores metallici vocant.

Ist ein sehr derber würfflichter Bleyglanz, so wie polirt anzusehen, mit unterwachsenen Quarz und Flüssen.

Plumbago tessellata, confertim nascens, quarzi cauernosi facie, cui res metallica, spatho similis, granulata adiacet, Freibergae.

Würfflichter Bleyglanz, wie in eine Druse gebildet, worauf Spath, wie körnigt, anliegt, von Freyberg.

Plumbago metallica diues, in spatho, ex *Hohenradeck*, Bohemiae.

Derber Bleyglanz, in weissen Spath, von *Hohenradeck*, in Böhmen.

Plumbago metallica, tesseris confertim nascentibus, ex *Neudeck*, Bohemiae.

Dergleichen, ganz derb und drusigt, von *Neudeck*, in Böhmen.

Plumbago metallica, cadmiae metallica, quae *Schirmkobald*, innascens, ex fodina, *conceptio Mariae*, Scheibenbergae.

Dergleichen, so auf *Schirmkobald* anstehet, von *Maria Empfängniß*, zu Scheibenberg.

Plumbago metallica tessellata, oppidi, quod a plumbo nigro dicitur, Bohemiae.

Würfflichter Bleyglanz, von der *Bleystadt*, in Böhmen.

Plumbago metallica tessellata, ad fontes albis, Bohemiae.

Dergleichen, von der *Hohen Elbe*, in Böhmen.

Plumbago metallica diues, Freibergae.

Derber, würfflichter, dergleichen, von Freyberg.

Plumbago metallica, cum fluoribus, pyrite et spatho, ex eodem loco.

Bleyglanz, in Flüssen, Kieß und Spath, von daher.

Quarzum cauernosum, cum plumbagine metallica et fluoribus, smaragdo acmulis, ex eodem loco.

Ein Quarzdrusgen, worauf grüne Flüsse und Bleyglanz eingestreuet sind, von daher.

Plumbago metallica tessellata globosa, ex pyrite splendens, in quarzo cauernoso, ex fodina *donum Dei*, Buckauiae.

Würfflichter grobspeisiger Bleyglanz, bundfarbig kießigt angelauften, auf einer Quarzdruse, von der *Gabe Gottes*, zu Buckau.

Plumbago metallica, minimas habens tesseras, Freibergae.

Kleingraupigter Bleyglanz, von Freyberg.



\*\*\*\*\*

## G E N V S V.

*Plumbago metallica globosa,*  
*Plumbago, areis latioribus.*

**P**lumbago metallica diues, ex Ilcuffia, Poloniae.

Plumbago metallica, argenti compos, in quarzo, ex fodina, *Anna Eleonora* dicta, Clauſthaliae.

Plumbago metallica, cum quarzo, ex fodina, quae a *Frideric*o dicitur, prope Harzgerodam.

Plumbago metallica, tuberosa et nodosa, ex Neudeck, Bohemiae.

Plumbago metallica, fulmine tacta, et igne eius fusa.

Plumbago metallica, ex cuniculo rufo, Freibergae.

Plumbago metallica, ex fodina, *S. Andreas*, Freibergae.

Plumbago metallica, ex fodina *S. Iohannis*, Freibergae.

Plumbago metallica, ex fodina *Tannenhoff*, Harzgerodae.

Plumbago metallica, argento diues, cum pyrite, duplici corio conclusa, ex Stollenkopf, Bohemiae.

Plumbago metallica, ex oppido, quod a plumbo dicitur, Bohemiae.

Plumbago metallica, galena, sibi striis, quam *speis* vocant, mixta, cum pyrite, ex fodina, *Christophorus magnus*, vallis Ioachimicae.

Plumbago metallica, ex fodina, *Imperator Iosephus*, vallis Ioachimicae.

Plumbago metallica, quam auriferam esse perhibent, cum quarzo, Reichensteinii, Silesiae.

Plumbago metallica, ex montibus plumbiferis prope Iulium Carnicum, quod Villach.

Plumbago metallica, in spatho et pyrite, ex fodina Annebergenſi, *conuiuium Galilaeae* dicta.

Plumbago metallica, in lapide calcario, cum spatho, galena inani, et pyrite, ex fodina, *Ober-Lazarus-Massen*, Wolckensteinii.

Plumbago metallica diues, Clauſthaliae.

Plumbago metallica, cui sterile nitidum interest, ex fodina, *Lazarus*, Wolckensteinii.

Plumbago metallica, Lambergae Bohemiae, in confiniis Lusatae.

Plumbago metallica, cum pyrite, ex montibus Caucaſi, trans Aſtracanam.

Plumbago metallica, sibi striis, ex fodina, *S. Martinus*, vallis Ioachimicae.

Plumbago metallica aurifera, Hungariae.

**G**robspeisfigter Bleyglanz.

**S**ehr derber Bleyglanz, von Ilkusch, in Pohlen.

Silberhaltiger Bleyglanz, in Quarz, von Anna Eleonora, zu Clauſthal.

Bleyglanz in Quarz, von der Friedrichszeche, in Harzgeroda.

Bleyglanz, wie eine Druse gestalt, von Neudeck, in Böhmen.

Bleyglanz, so vom Hagel zusammen geschmolzen ist, zu Freyberg.

Bleyglanz, vom rothen Gange, zu Freyberg.

Dergleichen, vom *S. Andreas*, zu Freyberg.

Dergleichen, vom *S. Johannes*, zu Freyberg.

Bleyglanz, von Tannenhoff, zu Harzgeroda.

Blendiger Glanz, mit Kieß, Silberhaltig, zwischen zweyen Saalbändern, von Stollenkopf, in Böhmen.

Bleyglanz, aus der Bleystadt, in Böhmen.

Bleyglanz, mit Speiß und Kieß vermisch, vom grossen Christophel, zum Joachimsthal.

Derber Bleyglanz, vom Kaiser Ioseph, zum Joachimsthal.

Bleyglanz, in Quarz, so goldhaltig seyn soll, von Reichenstein, in Schlesien.

Bleyerz, vom Villacher Bleyberg.

Bleyglanz, in Spath und Kieß, von der Galiläischen Wirthschaft, zu Anneberg.

Bleyglanz, in einem kalkigten Gesteine, mit Spath, Blende und Kieß vermisch, von Ober-Lazarus-Massen, zu Wolckenstein.

Reichhaltiges Bleyerz, von Clauſthal.

Blendig Bleyerz, vom Lazarus, zu Wolckenstein.

Bleyerz, von Lamberg, an der Laufnißer Grenze, in Böhmen.

Bleyerz, mit Kieß, von dem Araratſchen Gebürge, hinter Aſtracan.

Speisfigter oder strahliger Bleyglanz, von der *S. Martinszeche*, zum Joachimsthal.

Ungariſch Bleyerz, so goldhaltig ist.

Plumbago



- Plumbago metallica, cui sterile nitidum interest, Scharffenbergae.
- Plumbago metallica, Sueciae.
- Plumbago metallica, cum sterili nitido et pyrite, ex *Lazarus*, Wolckensteinii.
- Plumbago metallica tessellata praediues, cum pyrite et quarzo, ex fodina, a *sutoribus* dicta, vallis Ioachimicae.
- Plumbago metallica, cum quarzo albo cauernoso, ex fodina, ab *inquietudine* dicta, Schneebergae.
- Plumbago metallica praediues, Bohemiae.
- Plumbago metallica, ex Gottera, Bohemiae.
- Plumbago metallica, cum quarzo, quod pyrite tingitur, Freibergae.
- Plumbago metallica, in quarzo albo, Freibergae.
- Plumbago metallica, in quarzo albo, ex fodina, quae a *S. Georgio* dicitur, Freibergae. TAB. 7. No. 43. E.
- Plumbago, maioribus minoribusque areis strata, candidissima, hinc inde crystallum simul habet.
- Plumbago metallica, ex eodem loco.
- Plumbago absolutior, ex fodina, *S. Andreas* dicta, Freibergae.
- Plumbago metallica, ex altera parte verficolor, Goslariae.
- Plumbago metallica praediues, in quarzo, ex fodina, ab *Hierosolymis*, Schnelllingae.
- Lapilli candidi pellucidi, qui plumbagini insunt, cum corio venae; Lapillorum centumpondium sexaginta, vel septuaginta, libras metalli igne fundit, ex Schiwrn, Bohemiae.
- Blendigter Bleyglanz, in einem Kieß, von Scharffenberg.
- Schwedisch Bleyerz.
- Blendig Bleyerz, mit Kieß, vom Lazarus, zu Wolckenstein.
- Reichhaltiger würfflichter Bleyglanz, mit Kieß und Quarz vermisch, von der Schusterzeche, zum Joachimsthale.
- Bleyglanz, in weissen drusigten Quarz, von der Unruhe, zu Schneeberg.
- Bleyglanz, so silberhaltig, aus Böhmen.
- Bleyglanz, von Gottera, in Böhmen.
- Bleyglanz, auf einer kießigten Druse, von Freyberg.
- Bleyglanz auf weissen Quarz, von Freyberg.
- Bleyglanz, in weissen Quarz, von der *S. Georgenzeche*, zu Freyberg. Tab. 7. No. 43. E.
- Dieses Stüffgen bestehet aus grob und kleinspeisigten Bleyglanz, so durchaus in sehr weissen Quarz gewachsen.
- Derber Bleyglanz, ohne Gestein, von daher.
- Derber Bleyglanz, vom *S. Andreas*, zu Freyberg.
- Derber Bleyglanz, an der einen Seite bundfarbig, von Goslar.
- Derber Bleyglanz, mit Quarz, von der Jerusalems Grube, zu Schnellingen.
- Weisse durchsichtige Bleygraupen, auf Bleyglanz, mit der Matrice, davon die Graupe sechsig und siebenzig Pfund rein Bley halten, von Schiwrn, in Böhmen.



## G E N V S VI.

*Plumbago metallica, areis minoribus.*

- P**lumbago metallica, in quarzo, cum pyrite, ex Illischauia, Bohemiae.
- Plumbago metallica, Stoerzingae, comitatus Tyrolensis. TAB. VII. No. 2. F.
- Plumbagini, areis minoribus stratae, quarzi parum interest.
- Plumbago metallica, in quarzo albo, Sueciae.
- Plumbago metallica Goslariensis.

*Kleinspeisigter Bleyglanz.*

- B**leyglanz, in einem Quarz, mit Kieß vermisch, von Illischau, in Böhmen.
- Bleyglanz von Störzingen, in Tyrol. Tab. 7. No. 2. F.
- Ist ganz derber kleinspeisigter Bleyglanz, mit etwas wenig Quarz untermisch.
- Bleyglanz, in weissen Quarz, aus Schweden.
- Goslarisches Bleyerz.



- Plumbago metallica, corio duplici conclusa, ex fodina, Hieronymus, prope Abertham, Bohemiae. Bleyglanz, mit zwey Saalbändern, vom Hieronymo, zu Abertham, in Böhmen.
- Plumbago metallica, in pyrite hepatici coloris, ex fodina, Lazarus dicta, Wolckensteinii. Bleyglanz, in einem leberfarbenen Kieß, vom Lazarus, zu Wolckenstein.
- Plumbago metallica, pyrite mixta, Goslariae. Bleyerz, mit Kieß vermischet, von Goslar.
- Plumbago metallica, argenti compos, Croatiae. Silberhaltiger Bleyglanz, aus Croatien.
- Plumbago metallica praediues, Sahlberga, Bohemiae. Silberhaltiger Bleyglanz, von Sahlberg, in Böhmen.
- Plumbago metallica, argenti compos, ex fodina, cornu rubrum dicta, Rhaetiae. Silberhaltiger Bleyglanz, von rothen Horn, in Graubündten.
- Plumbago metallica, Hungariae. Bleyglanz, aus Ungarn.
- Plumbago metallica diues, saxi expers, Freibergae. Derber Bleyglanz, von Freyberg.
- Plumbago metallica, ex comitatu Tyrolensi. Bleyglanz, aus Tyrol.
- Plumbago metallica praediues, in quarzo, ex fodinis, Schindler et Unruhe, Schneebergae. Silberhaltiger Bleyglanz, in Quarz, vom Schindler und Unruhe, zu Schneeberg.
- Plumbago metallica, argenti compos, in pyrite et quarzo, Petropoli, Bohemiae. Silberhaltiger Glanz, in Kieß und Quarz, von Petersburg, in Böhmen.
- Plumbago metallica praediues, ex comitatu Tyrolensi. Derber silberhaltiger Glanz, aus Tyrol.
- Plumbago metallica, ex fodina, quae amicitia constans dicitur, prope Harzgerodam. Bleyglanz, von der beständigen Freundschaft, zu Harzgeroda.
- Plumbago metallica, Freibergae. Bleyglanz, von Freyberg.
- Plumbago metallica, cui plumbum viride adnascitur, ex puteo Christiani, Buckauia. Glanz und grünes Bleyerz, vom Christianus Stollen, zu Buckau, bey Schneeberg.

\*\*\*\*\*

## G E N V S VII.

### *Galena plumbi nigri, mixti generis.*

### Allerhand Bleystoffen.

- Galena plumbi nigri, quae ad inclinationem colorem mutat, ex fodina, Malus, arbor, Euae, vallis Ioachimicae. Sehr derber Bleyweiß, von Eva Aepfelsbaum, zum Joachimsthale.
- Galena plumbi nigri, in spatho, Zschopauiae. Bleyweiß, in Spath, von Zschopau.
- Galena plumbi nigri, Freibergae. Bleyweiß, von Freyberg.
- Galena plumbi nigri, Freibergae. Bleystein, von Freyberg.
- Lapis scissilis, plumbi particeps, Freibergae. Bleychiefer, von Freyberg.
- Lapis plumbarius, cinerei coloris, Freibergae. Fahl Bleyerz, von Freyberg.







C A P V T VI.

GLEBAE, EX QVIBVS FERRVM COQVITVR

Eisenerze.

ORDINES GLEBARVM, QVAE FERRVM IGNE FVNDVNT

Ordnungen derer Eisenstufen.

GENVS I. Ferrum sui coloris, natiuum, ablutissimum.

Gewachsen, oder gediegen, Eisen.

GENVS II. Ferrum rude, sibi striis, Schistus lapis, Haematites, forma cerebri.

Glaszkopf, drusigt gewachsen Eisenerz.

GENVS III. Lapis ferrarius, rufus, qui haematites.

Blutstein.

GENVS IV. Lapis ferri compos, mixti generis.

Allerhand Eisensteine.

GENVS V. Lapis ferrarius, halitu subterraneo adustus et cariosus.

Ausgewitterte Eisensteine.

GENVS VI. Ferrum fufum regulare.

Roh Eisen.



Termini, quibus conditiones ferri nascentis declarantur.

Bergmännische Nedenarten, deren man sich in Beschreibung derer Eisenstufen bedienet.

Ferrum absolutissimum.

Gewachsen Eisen.

Ferrum absolutissimum, ramosum.

Nestigtes gediegenes Eisen.

Ferrum natiuum, lamellis ad superficiem saxi nascens.

Angeflogenes Eisen.

Chalybis gleba.

Stahlstein.

Lapilli absolutioris ferri, granati, ferri compotes.

Eisengranaten.

Haematites, forma cerebri. ALDROV. ENCEL. Schistus, vuarum forma concrefcens, AGRIC. Schistus lapis DIOSC. Lib. V. c. 145.

Glaszkopf, drusigt gewachsener Glaszkopf.

Schisti alterum genus, haematites, quem vocant anthraciten. PLIN. H. N. L. XXXVI. c. 20.

Rother Glaszkopf.

Schistus lapis, concremento et alterno venarum discursu, pectinum modo, ammoniaco sali similis, DIOSC. Lib. V. c. 145.

Strahmigte Glaszkopf.

Haematites, saturatiore cinnabaris colore DIOSC. l. c. c. 144.

Blutstein.



|                                                                                                                           |                                                            |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
| Schistus, renum facie, gleba lapidis Schisti, densa et rotunda. DIOSC. l. c.                                              | Nierensförmiger Glaskopf.                                  |
| Magnes in ferrariis venis repertus AGRIC. Sideritis, Magnes, ab inuentore, Heraclius. PLIN. Hist. Nat. Lib. XXXVI. c. 16. | Eisenhaltiger Magnet.                                      |
| Lapis ferrarius, ligni forma, sideroxylon fossile.                                                                        | Eisenstein, wie Holz gebildet.                             |
| Lapis ferrarius, testarum facie.                                                                                          | Schaalensförmiger Eisenstein.                              |
| Lapis ferrarius, candidissimus, spathi facie, lamellis confitus, glaciei Mariae similis.                                  | Weisser Eisenstein, wie Spath, oder Frauen-eiß, gestaltet. |
| Lapis ferrarius, fissilis.                                                                                                | Schiefrikt gewachsener Eisenstein.                         |
| Lapis ferrarius, intense rubens.                                                                                          | Rother Eisenstein.                                         |
| Nitidum metallicum, scobis facie.                                                                                         | Eisen Glanz, wie Eisenfeile.                               |
| Lapis ferrarius, rete fibrarum tractu referens.                                                                           | Gitterförmiger Eisenstein.                                 |
| Lapis ferrarius, arbusculorum facie, strias habens.                                                                       | Baumförmig gewachsener Eisenstein.                         |
| Globus metallicus, ferri compos.                                                                                          | Eisenkugeln.                                               |
| Lapis ferrarius, micans.                                                                                                  | Blendigter Eisenstein.                                     |
| Pyrites versicolor, qui ferri lapidem tinxit, floribus aeris similis.                                                     | Bundfarbiger Eisenkieß, wie Kupferblumen.                  |
| Lapis ferrarius, pisorum forma, pisolithos ferri particeps.                                                               | Eisenhaltiger Erbsenstein, erbsenförmiger Eisenstein.      |
| Haematites, rubricae colore, militites: PLIN. Hist. Nat. Lib. XXXVI. c. 20.                                               | Rother Blutstein.                                          |
| Haematites, fusci coloris.                                                                                                | Brauner Eisenstein.                                        |
| Lapis syringodes, hydrolithos, tubulorum, vel canaliculorum forma.                                                        | Pfeiffenförmiger Sinner, der Eisen hält.                   |
| Stiria lapidea, ferri compos.                                                                                             | Eisen Zapfen.                                              |
| Lapis ferrarius, spinis horridus.                                                                                         | Stachlicht gewachsener Eisenstein.                         |



*Metalla ferri, et, quae lapidi ferrario adnascuntur, res metallicae.*

**Ben Eisenerz brechende Bergarten.**


|                                              |                                       |
|----------------------------------------------|---------------------------------------|
| Ferri lapis, cum paederote qui opalus.       | Opal, in Eisenstein.                  |
| Fluores albi, vel rubri, cum schisto lapide. | Weisse und rothe Flüsse, in Glaskopf. |
| Pyrites versicolor, aliusque.                | Bundfarbener, und anderer, Kieß.      |
| Schistus, topho obductus.                    | Mit Sinner überzogener Glaskopf.      |
| Stibium, cum lapide ferrario.                | Spießglas, mit Eisenstein.            |
| Lapis ferrarius, cum lapillis coeruleis.     | Eisenstein, mit blauen Körnern.       |
| Lapis ferrarius, viridi metallico tinctus.   | Grün überzogener Eisenstein.          |
| Quarzum, spathum, pyrites, cum ferri lapide. | Quarz, Spath und Kieß, mit Eisenerz.  |



B. Nō 8. ♂



D. Nō 3.



B. Nō 20.



A. Nō 1.



B. Nō 4.



C. Nō 6.




C. Nō 3.



B. Nō 24.











G E N V S I.

*Ferrum sui coloris, natium, absolutissimum.*

Gewachsen, oder gediegen Eisen.

**F**errum natium, Sueciae. TAB. VIII. No. I. A.

**G**ewachsen Eisen, aus Schweden. Tab. 8. No. I. A.

Ferrum est natium, absolutissimum, fibris in ramos crescentibus, in terra limosa fusca, cui nitidum metallicum nigrum, ferri limati facie, innascitur.

Ist ganz derb gewachsenes zackigtes Eisen, mit brauner leuchtiger Erde vermische, worauf schwarzer Glanz anstehet, so der Eisenfeile gleich siehet.

Ferrum natium, varia forma nascens, Sueciae.

Gewachsen Eisen, von verschiedenen Gewächse, aus Schweden.

Ferrum natium, Hungariae.

Gewachsen Eisen, aus Ungarn.

Spathum album et rubellum, cui ferri natiui lamellae ad superficiem adnascuntur, ex fodina, S. Anna, tractus, qui Rosenhoeferzug, Clausthaliae.

Weiß und röthlichter Spath, in welchem angeflozen gediegen Eisen, von S. Anna, auf dem Rosenhöferzug, zu Clausthal.

Lapis rufus, ferri compos, cum pyrite, cui ferrum natium inest, ex tractu Maudnensi, Bohemiae.

Rother Eisenstein, mit Rieß durchwachsen, darinne gewachsen Eisen ist, von der Maudner Revier, in Böhmen.

Lapilli absolutioris ferri, granatorum forma, qui magneti adhaerent, ex agro Salisburgensi.

Eisengranaten, welche der Magnet ziehet, aus dem Salzburgischen.



G E N V S II.

*Ferrum rude, stibii striis, Schistus lapis, Haematites, forma cerebri.*

Glaszkopf, drusigt gewachsen Eisenerz.

**S**chisti lapis niger, ex metallico lucens, Lichtenberga, marchionatus Byruthini.

**E**in schwarzer glänzender Glaszkopf, von Lichtenberg, im Bareuthischen.

Similis, Bohemiae.

Dergleichen, aus Böhmen.

Schistus, minoribus glebis, ex agro Eibenstochienfi.

Kleine Glaszköpfe, von dem Eibenstocker Revier.

Schistus niger, in quarzo albo et rubro, ex Ducatu Lotharingiae. TAB. VIII. No. 4. B.

Schwarze Glaszköpfe, in roth und weissen Quarz, aus Lotharingen. Tab. 8. No. 4. B.

Quarzum album, fluoribus rubellis confutum, ferri absolutioris fibras admixtas habet, schisti facie.

Ist ein weiß und röthlichter Quarz, zum Theil wie Flüsse gebildet, durch und durch mit schwarzen glaszköpfigten Eisenstein durchwachsen.

Similis texturae lapides, forma discrepantes, ex eodem loco.

Dergleichen, am Gewächse verschiedene, von daher.

Schistus, ex Niesburg, ad Werrauiam, Bohemiae.

Ein Glaszkopf, von Niesburg, an der Werra, in Böhmen.

Schistus, Proeffnitio, Bohemiae. TAB. VIII. No. 8. B.

Ein Glaszkopf, von Proßnitz, in Böhmen. Tab. 8. No. 8. B.

Lapis ferri rufus, ferrum rude, ex rufo nigroque lucens, politissimum, vtroque latere tenet.

Ist ein rother derber Eisenstein, auf dessen beyden Seiten schwarzröthlichte glänzende Glaszköpfe, wie poliret, anstehen.



- Schistus, in lapide ferri absolutioris, Eibenstockio. Glaszköpfe, in derben Eisenstein, von Eibenstock.
- Schisti, lapide vacui, ex eodem loco. Glaszköpfe, ausser dem Gestein, von daher.
- Schistus grandior, forma cerebri, cuius margo duobus coriis metallicis describitur, Bohemiae. Ein großer schwarzer Glaszkopf, mit seinen zwey Saalbändern, aus Böhmen.
- Schistus ruberrimus, praegrandis, Carlsfeldae. Ein großer rother Glaszkopf, von Carlsfeld.
- Lapis ferri, schisti forma, ex eodem loco. Glaszköpfiger Eisenstein, von daher.
- Similis, cum crystallis purissimis, Eibenstockio. Dergleichen, worauf durchsichtige Drusen anstehen, von Eibenstock.
- Lapis ferri compos, crystallo vacuus, eiusdem loci. TAB. 8. No. 20. B. Dergleichen, von daher, ohne Flüsse. Tab. 8. No. 20. B.
- Lapis ferrarius, rufus, ferri rudis fibras, schisti forma, habet. Ist ein rother Eisenstein, durch und durch mit glänzenden Glaszköpfen besetzt.
- Lapis ferrarius, absolutior, ex eodem loco. Dergleichen, ohne Drusen, von daher.
- Lapis ferrarius, renum forma, ex fodina *adscensio* dicta, prope Aue. Dergleichen, niereenförmig, von der Himmelfarth, in der Aue.
- Schistus niger, tuberibus nascens, et scrobibus excavatus, ex eodem loco. Ein schwarzer Glaszkopf, drusigt gewachsen, von daher.
- Schistus, Hydrolitho, albi coloris, obductus, ex eodem loco. TAB. VIII. No. 24. B. Dergleichen, mit einem weissen Sinner überzogen, von daher. Tab. 8. No. 24. B.
- Lapis ferri absolutioris compos, ex nigro luteus, superiore parte cauernosus, albo coerulescoque hydrolitho obducitur. Ist ein schwarzer und gilblicher reicher Eisenstein, dessen oberer Theil drusigt gewachsen, und mit einem weiß blaulichten Sinner überzogen ist.
- Schistus niger, ex agro Aue, Schneebergae. Ein schwarzer Glaszkopf, von der Auer Revier, bey Schneeberg.
- Schistus, renum forma, ex Eibenstock. Ein rother kleiner nierigter Glaszkopf, von Eibenstock.
- Schistus, cortice niger, caetera fuscus, striisque pectinatis metallicis ornatus, ex Rubisch, agri Schneebergensis. Ein schwarzer Glaszkopf, welcher, wenn die äusserste Schaaale abgeschlagen wird, braun aussiehet und sternförmigt gestalt ist, von Rubisch, im Schneebergischen Revier gelegen.
- Schistus, renum forma, Ilfeldae. Nierenförmiger Glaszkopf, von Ilfeld.
- Schistus niger, renum forma, ex Lumbach. Schwarzer niereenförmiger Eisenstein, von Lumbach.
- Schisti, renis forma, exempla duo minora, facie diuersa, ex eodem loco. Zwey kleine Nieren, verschiedener Gestalt, von daher.
- Lapis ferrarius, renum forma, reticulatus, ex fodina, quae *adscensio* dicitur, agri Aue. Schwarzer, niereen- und gitterförmiger Eisenstein, von der Himmelfahrt, zur Aue.
- Schistus, renum forma, tuberosus et nodosus, ex fodina, quae *inexpectata fortuna* dicitur, ex monte arido, ad Sossam, agri Schneebergensis. Ein niereenförmiger und drusigter Glaszkopf, vom unversehrten Glücke, am durren Berge, zur Sossa, im Schneebergischen Amtsbrevier.
- Lapis ferrarius, fuscus, renum forma, quem ochra obduxit, ex vena quarzi, fodinae, *inexpectata fortuna*, ex agro, Aue. Brauner, derber, niereenförmiger, mit einem Letten überzogener, Eisenstein, so in einem Quarz gange gebrochen, vom unversehrten Glücke, zur Aue.
- Similis, renum minore facie, ex eodem loco. Dergleichen, kleinierigt, von daher.





G E N V S III.

*Lapis ferrarius rufus, qui  
Haematites.*

**Blutstein.**

**H**aematites, Eibenstockio.

**B**lutstein, von Eibenstock.

Haematites, ex eodem loco. TAB. VIII. No. 3. C.

Dergleichen, von daher. Tab. 8. No. 3. C.

Lapis absolutioris metalli, ex nigro rufus, polituram natura habet.

Ist ein derber Eisenstein und sogenannter Blutstein, schwarz und röthlicht, welcher wie geschliffen aussiehet.

Haematites absolutioris metalli, ex eodem loco.

Derber Blutstein, von daher.

Haematites, striis ex vno centro plurimis, ex eodem loco. TAB. VIII. No. 6. C.

Derber Blutstein, mit circulförmigen Striemen, von daher. Tab. 8. No. 6. C.

Schilli facie lapis, tuberibus nodisque in superficie asper, in metam, pyramidis facie, strias committit, rufi metallici coloris.

Ist ein Glaskopf förmiger Blutstein, dessen obere Fläche knospigt gewachsen ist, und mit roth und eisenfarbenen Striemen sich in eine Spitze endiget.

Haematites subniger, Stollauia, Bohemiae.

Ein schwarzer Blutstein, von Stollau, in Böhmen.

Haematites intense rubens, Eibenstockio.

Hochrother Blutstein, von Eibenstock.

Ferri Gleba, ligni petrefacti forma, ex aruis Costorffensibus, prope Homborgum Hassiae, Sideroxylon fossile.

Eisenstein, aus dem Costorffer Felde, ohnweit Homburg in Hessen, welches, dem Ansehen nach, Holz gewesen.

Ferri gleba, ex iisdem campis, summo cespitriam quatuorque pedum altitudine effossa, cuius ultra dimidium metallum est.

Eisenstein, von daher, welcher sich etwa zwey, drey, oder vier, Schuh unter der Erden findet, und mehr, als die Helfte, Eisen giebet.

Lapis ferrarius, Lautera - Schneebergensis.

Eisenstein von Ahorn, zur Lauter, bey Schneeberg.



G E N V S IV.

*Lapides ferri compotes,  
mixti generis.*

**Allerhand Eisensteine.**

**L**apis ferri particeps, albidus, metallo potens, spathi facie, lamellis confitus, ex Curiae Variscorum agro.

**W**eisser reichhaltiger Eisenstein, spathigt und blättrigt gewachsen, aus der Landeshauptmannschaft Hoff.

Lapis ferrarius, glaciei Mariae, vel spatho, similis, ex fodina prope Naitam, *Homo ferus dicta*, Marchionatus Byruthini.

Ein weisser Eisenstein, wie Frauenglaß gebildet, vom wilden Manne, zu Naita, im Barenthschen.

Similis, pyrite versicolore tinctus, ex eodem loco. TAB. VIII. No. 3. D.

Dergleichen, von daher, mit angeschmauchten farbigen Kupferkieß. Tab. 8. No. 3. D.

Lapis candidus, spathi forma, lucens, versicolore pyrite, qui aeris compos est, et elegantia pulcherrimis aeris floribus nil cedit, obducitur.

Ist ein weisser glänzender Spathartiger Eisenstein, worauf bundfarbigter Kupferkieß lieget, welcher der schönsten Kupferblume an Farbe nichts nachgiebet.

Lapis ferri compos, candidissimus, ex Schwarzbach.

Weisser Eisenstein, von Schwarzbach.

Lapis ferri candidissimus, ex Marchionatu Byruthino.

Weisser, dergleichen, aus dem Barenthschen.

Lapis ferri candidissimus, crystallorum facie, tuberibus asper et scrobibus excauatus, ex Eilenlohe, ad radices montis piniferi, trans Bonfiedel.

Candirter und drusigtgewachsener Eisenstein, von der Eilenlohe, am Fichtelberge, über Bonfiedel.



- Lapis ferri cinereus, cum pyrite, ex puteo *Michaelis*, ad montem piniferum. Ein graulichter Eisenstein, mit Kieß, von der *Michaeliszeche*, am *Fichtelberge*.
- Lapis ferri candidissimus, crystallorum forma, ex *Troesta*, *Marchionatus Byruthini*. Drusigter weißer Eisenstein, von *Trösta*, im *Bareuthischen*.
- Lapis ferri cinereus, pisolithi facie, ex eodem loco. Graulichter Eisenstein, so körnigt, wie *Rogenstein*, ist, von daher.
- Lapis ferri cinereus, cui mica internitet, ex eodem loco. Graulichter glimmerichter Eisenstein, von daher.
- Lapis ex cinereo niger, cui crystalli insunt, ex eodem loco. Ein drusigter schwarzgraulichter Eisenstein, von daher.
- Lapis ferrarius, *Sueciae*. Schwedischer Eisenstein.
- Lapis ferrarius, ex agro *Florentino*. Florentinischer Eisenstein.
- Lapis ferrarius, *Hungariae*. Ungarischer Eisenstein.
- Lapis ferrarius, in ochra metallica, *Hercyniae*. Harzer Eisenstein, in gelber Erde.
- Lapis ferri subluteus, lapillis coeruleis ornatus, ex officina *fuforia*, ad *Werrauiam*. Gelber Eisenstein, woran blaue Körner anstehen, von dem Eisenwerke, an der *Werrau*.
- Lapis ferri candidissimus, spatho similis, ex agro *Schneebergenfi*. Weißer Eisenstein, so einem *Spath* gleichet, bey *Schneeberg* gebrochen.
- Lapis ferri subluteus, granis plurimis, ex hydro-litho compactis, constans, pisolithos, ferri particeps, ex *Marchionatu Byruthino*. Gelber Eisenstein, aus lauter Körnern zusammen gesinnert, aus dem *Bareuthischen*.
- Lapilli ferri compotes, aquis abrepti, ex *benedictione Dei*, syluae diuitis *Byruthinae*. Einzelne Körner, *Wasch-Eisenstein* genannt, vom *Seegen Gottes*, im reichen Forst, aus dem *Bareuthischen*.
- Lapis ferrarius, *Stiriae*. Steyermärkischer Eisenstein.
- Gleba ferri, ex Sylua *Bunzlauienfi*. Bunzlauer *Heydner* Eisenstein.
- Gleba ferri, ex qua chalybs paratur, *Sauerlandiae*. Sauerländischer Eisenstein, davon der *Stahl* gemacht wird.
- Lapis ferrarius, cui mica internitet, ex *Bischofsgrun*, *Marchionatus Byruthini*. Glimmrigter Eisenstein, mit *Eisenglanz*, in *Quarz*, von *Bischofsgrün*, im *Bareuthischen*.
- Lapis ferrarius, tuberosus et nodosus, cui mica internitet, ex fodina, *noua fortuna* dicta, prope *Reduitz*, agri *Byruthini*. Drusigt gewachsener *Eisenglanz*, vom neuen *Glück*, bey *Redwitz*, im *Bareuthischen*.
- Magnes *Hungaricus*. Ungarischer *Magnetstein*.
- Magnes, ex agro *Plattenfi*. Böhmischer *Magnetstein*, von der *Platten*.
- Magnes praegrans, ex eodem loco. Ein großer *Magnetstein*, von daher.
- Gleba ferri nigra, metallo potens, *Saalburgi*. Ein schwarzer reicher Eisenstein, von *Saalsburg*.
- Lapis ferrarius, metallo diues, viridi tinctus, ex fodina, *concordia*, prope *Reduitz*, agri *Byruthini*. Ein derber reichhaltiger Eisenstein, grün angelauften, von der *Concordia*, bey *Redwitz*, im *Bareuthischen*.
- Hydrolithus, ferri particeps, silice praegnans, ex aquis nigris, prope *Aue*. Zusammen gesinnertter Eisenstein, mit in sich haltenden *Kieselsteinen*, aus dem *schwarzwasser* bey der *Aue*.
- Lapis ferrarius, *Suhlae*. *Suhler* Eisenstein.
- Lapis ferrarius, metallo diues, ex *Doberhutte*, prope *Saalfeldam*. Ein schwarzer reichhaltiger Eisenstein, von der *Doberhütte*, bey *Saalfeld*.
- Lapis ferrarius, testarum facie, agri *Byruthini*. Eine besondere Art Eisenstein, wie eine *Schale*, aus dem *Bareuthischen*. Lapis



- Lapis ferrarius, summo cespite erutus, ex agro Maudenenfi, Bohemiae. Ein Feldeisenstein, von der Maudner Revier, in Böhmen.
- Globi, ferri participes, ex agro Eibenstochensi. Eisenstein-Kugeln, von dem Eibenstocker Revier.
- Lapis ferrarius, ex puteo S. Wolfgangi, prope Procsnitium, Bohemiae. Eisenstein, vom S. Wolfgangstollen, zu Prösniß, in Böhmen.
- Lapis ferrarius rufus, cum quarzo nigro, Bohemiae. Rother Eisenstein, worauf eine schwarze Quarzdruse, aus Böhmen.
- Lapis ferrarius, Schisto similis, rufus, ex Nießburg, ad Werrauiam. Glasföpsfigter, rother Eisenstein, von Nießburg, an der Werrau.
- Lapis ferrarius rufus, striatus, ex eodem loco. Strahmiger rother Eisenstein, von daher.
- Lapis ferrarius, partim niger, partim luteus Sueciae. Schwarz und gelber Eisenstein, aus Schweden.
- Lapis ferrarius, pyritis aërosi instar, versicolor, iridem colore referens, Bohemiae. Eisenstein aus Böhmen, kupfrig angelauften, in Gestalt eines Regenbogens.
- Lapis ferrarius, ex Holupka, Bohemiae. Böhmischer Eisenstein, von Holupka, in Böhmen.
- Lapis ferrarius, striis stibii, ex Dobritsch, Bohemiae. Wie Spießglas gebildeter Eisenstein, von Dobritsch, in Böhmen.
- Lapis ferrarius, metallo diues, ex agro Groëfflicensi, Bohemiae. Ein derber Eisenstein, aus dem Größlitzer Revier, in Böhmen.
- Lapis ferrarius, scissilis, cariosus, ex Dobritsch, Bohemiae. Durchwitterter und schiefrig gewachsener Eisenstein, von Dobritsch, in Böhmen.
- Lapis ferrarius, striis stibium referens, ex Bochlitz, Bohemiae. Speisigtes Eisenerz, mit Spießglas, von Böhlich, in Böhmen.
- Lapis ferrarius micans, Friedlandiae. Glänziger Eisenstein, von Friedland.
- Lapis ferrarius, argenti compos, cum pyrite et sterili nitido, Mallischauia, Bohemiae. Silberhaltiger Eisenstein, mit Kieß und Blende, von Mallischau, in Böhmen.
- Lapis ferrarius micans, ex Orbis. Glänzender Eisenstein, von Orbis.
- Lapis ferrarius versicolor, ex Monzig. Buntfarbige Eisensteindruse, von Monzig.
- Lapis ferrarius, ex Treschitz, Bohemiae. Eisenstein, von Treschitz, in Böhmen.
- Lapis ferrarius, ex Holupka, Bohemiae. Eisenstein, von Holupka, in Böhmen.
- Lapis ferrarius micans, ex fodina, quae *fagus pumila*, prope Arzbergam, Marchionatus Byruthini. Glänzender Eisenstein, von der Buchstaude, bey Arzberg, im Barchenischen.
- Lapis ferrarius micans, striis stibio similibus, Hartenbergae. Ein kleinspeisigter blendigter Eisenstein, von Hartenberg.
- Lapis ferrarius micans, ex fodina a *Michaelis* dicta, ex Eibenstoch. Glänzender Eisenstein, von der S. Michaelis Zech, am Steinbach, bey Eibenstock.
- Hydrolithos, seu tophus, syringodes sonorus, cuius canaliculi materiam ferri habent, ex Dobritsch, Bohemiae. Ein bräunlicher, harter, hellklingender, röhrieger Tropfstein, dessen Röhrgen mit Eisenartigen Metall ausgefüllt sind, von Dobritsch, in Böhmen.
- Lapis ferrarius candidus, ex Blankenberg Varietiae, chalybis materiam habens. Weißer Eisenstein, von Blankenberg, im Voigtlande, woraus zugleich Stahl gemacht werden kann.
- Lapis ferrarius, ex rutilo flauus, renum figura, ex Rubisch, agri Schneebergensis. Schwarz, gelb und röhlicher Eisenstein, nierenförmig gewachsen, von Rubisch, im Schneebergischen Revier.
- Lapis ferrarius fuscus, micans, ex Nariscis. Brauner hellglänzender Eisenstein, aus dem Voigtlande.
- Lapis ferrarius spadiceus, venosus; quem venae crystallinae intersecant, striis metallici coloris, ex Nariscis. Ein sälliger, großer, grau, braun und rothfarbiger, klarer, frischer Eisenstein, woran die Fäße sich, mit theils hellen, theils gelbbraunen und rothfarbigen, klaren Quarzen erzeugen, aus dem Voigtländischen.



Lapis ferrarius rufus, cui opalus, qui paederos, interest, ex fodina, quae a *nouo anno* dicitur, in valle Orbis, prope Schorlau, Schneebergae.

Lapis ferrarius, qui vterus est pseudo adamantis, seu crystalli purioris, qua, perinde ac Bohemica, vitrum fecamus, ex Krippenberg, prope Appenrodam, ditionis Hohenstein.

Lapis ferrarius, cui opalus inest, ex Schorlau, Schneebergae.

Quarzum, cui lapis ferrarius inest, striis Schisto similibus, et dendroidem faciem habentibus.

Sterile nitidum, ferri compos, Schneebergae.

Pisolithos niger, ferri compos, ex agro Aue.

Lapis ferri rufus, arbusculorum facie, cariosus, ex Aue.

Derber rother Eisenstein, mit durchwachsenen Opal, von der neuen Jahres Fundgrube und Stollen im Orbisgrunde, ohnweit Schorlau, bey Schneeberg.

Reiche Eisen Minera, vom Krippenberge, bey Appenrodam, im Amte Hohenstein, mit wilden Diamanten, welche wie die Böhmisschen, Glas schneiden.

Eisenstein, mit Opal, von der Schorlau, bey Schneeberg.

Ein Quarz, worauf schwarzer Eisenstein Baumförmig und glasköpfigt sich angeleget hat.

Eisenblende, so Eisenhaltig ist, von Schneeberg.

Schwarzer erbsenförmiger Eisenstein, aus der Aue.

Röthlicher Eisenstein, worauf durchwitterte Baumfiguren zu sehen sind, von der Aue.

\*\*\*\*\*

G E N V S V.

*Lapis ferrarius, halitu subterraneo adustus et cariosus.*

*Ausgewitterte Eisensteine.*

Lapis ferrarius cariosus, cum hydrolitho, Syringoide, ex fodina, quae *Graulerzeche* dicta est, prope Annebergam.

Ausgewitterter Eisenstein, woran ausgefinner- te Zapfen hangen, von der Graulerzeche, bey Anneberg.

Lapis ferrarius cariosus, cum ramentis ferri nitidis, ex Kupferbuhl, ad Issigam, agri Byruthini.

Ausgewitterter Eisenstein, worauf Eisenraum liegt, von Kupferbuhl, bey Issiga, im Bareuthischen.

Lapis ferrarius, cui stria lapidea, ferri particeps, affidet, ex agro Byruthino.

Eisenstein, worauf ausgewitterte gesinnerte Eisenzapfen anstehen, von der Meißelgaß, bey Redwitz, im Bareuthischen.

Pyrites ferrarius versicolor, ex agro Lichtenbergenfi, Marchionatus Byruthini.

Ausgewitterter bundfarbiger Eisenstein, von dem Lichtenberger Revier, im Bareuthischen.

Lapis ferrarius cariosus, ex eodem agro.

Ausgewitterter Eisenstein, von daher.

Lapis ferrarius, Schisto similis, cariosus, Bohemiae.

Durchwitterter Glasköpfigter Eisenstein, aus Böhmen.

Lapis ferrarius, spinis asper, ex agro Schneebergenfi.

Ausgewitterter zackigter Eisenstein, von dem Schneeberger Revier.

Lapis ferrarius, Schisto similis, stria lapidea, quae ferri particeps est, obsitus, et halitu subterraneo exesus, cum quarzo et ochra metallica, ex Aue.

Schwarzer durchwitterter Glasköpfigter Eisenstein, mit vielen Eisenzapfen, weissen Quarz und Eisengilbe, von der Aue.

Lapis ferrarius, Schisto similis, halitu subterraneo adustus, niger, stiriis lapideis minutis asper, ex eodem loco.

Schwarzer durchwitterter glasköpfigter Eisenstein, mit vielen kleinen Eisenzapfen, von daher.

\*\*\*\*\*

G E N V S VI.

*Ferrum fusum, regulare.*

*Roh Eisen.*

Ferrum, figura, qua fornacibus fusoriis effunditur, et Anser vocatur, cum adscripto ponderis calculo.

Roh Eisen, nach der Form, wie solches von dem hohen Ofen abgestochen, und eine Gans genennet wird, mit dem darauf geschriebenen Hammergewichte.

✠ ✠ ✠



MUSEI  
RICHTERIANI  
PARS SECUNDA.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

ИТАЛИЯ

СЛАВЯНОСЛОВЕНСКИ

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





PARTIS SECUNDAE  
 SECTIO PRIMA  
 DE SEMIMETALLIS



C A P V T I.  
 GLEBAE, QVAE STIBIVM  
 HABENT

Spießglasstufen.

Spumae lapis candidae nitentisque, non tamen translucentis, stimmi appellant, alii stibium, alii alabastrum, alii larbason. Duo eius genera, mas et foemina. Horridior est mas scabriorque, et minus ponderosus, minusque radians et arenosior: foemina contra nitet, friabilis, fissurisque, non globis, dehiscens. *PLIN. Hist. Nat. Lib. XXXIII. c. 6.*

Stimmi optimum, quod splendidissimum est, et lucidum, con fractu crustosum, nihil terrae, aut for- didi, habens, friabile, quod stibi appellant, alii platyophthalmon. *DIOSC. Lib. V. c. 99.*

Ideo etiam platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. *PLIN. l. c.*

*HIPPOCRATES* de adfectionibus internis, capite de *voluulo arcuato* et morbo *crasso*, caput tetra- gono medicamento purgare iubet, exponit *GALENVS* tetragonum esse crustas, quae circa stibium reperiuntur. Antimonii terminus Arabibus et chymicis in usu est.





ORDINES GLEBARVM STIBII

Ordnungen derer Spießglasstufen.

- |                                                             |                                                |
|-------------------------------------------------------------|------------------------------------------------|
| GENVS I. Stibium, quod statim suum est, striis tenuioribus. | Kleinspießigtes gediegenes Spießglasß.         |
| GENVS II. Stibium absolutius, striis latioribus.            | Grobspießigtes Spießglasß.                     |
| GENVS III. Stibium, plumbaginis facie.                      | Glänzigtes Spießglasß, antimonialischer Glanz. |
| GENVS IV. Glebae variae, quae stibium ferunt.               | Spießglasßerz.                                 |



*Termini, quibus Glebarum stibii conditiones declaramus.*

*Bergmännische Redensarten, welche die Spießglasstufen erklären.*

- |                                                        |                                                            |
|--------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------|
| Stibium aurosum, LIBAV.                                | Goldhaltiges Spießglasß.                                   |
| Stibium argentosum, LIBAV.                             | Spießglasß bey Silbererz.                                  |
| Stibium candidum.                                      | Weiß Spießglasß.                                           |
| Stibium, striis angustioribus.                         | Kleinspießigtes Spießglasß.                                |
| Stibium, striis latioribus.                            | Grobspießigtes Spießglasß.                                 |
| Stibium, rufi coloris.                                 | Roß Spießglasß.                                            |
| Stibium, rufi coloris, asteriis striisque nascens.     | Roßes, sternförmig, oder strahmig gewachsenes, Spießglasß. |
| Galena stibii.                                         | Blendigtes Spießglasß.                                     |
| Gleba stibii tuberosa et nodosa.                       | Knospig gewachsenes Spießglasß.                            |
| Stibium, versicoloribus striis, colli palumbis instar. | Taubenhalsiges Spießglasß.                                 |



*Res metallicaе, quae cum stibio nascuntur,*

*Bergarten, die bey Spießglasß brechen.*

opinor) cum nupisset, plurimorum que liberorum parens facta esset, ab opere ideo materfamilias non cessauit, honore praesertim atque annuo principali stipendio Iohannis Gulielmi Electoris tum Palatini ornata atque adiuta. Qua re factum est, ut magno venirent eius tabellae, neque esset facile aliqua principum virorum aliorumue beatorum hominum pinacotheca, cui non aliquod Ruissiae opus, insigni ornamento futurum, accederet.

Et talia quidem multa poterant memorari, nisi auriculam vellicaret mihi, reuocaret que a scribendo stilum, peruulgatus talium, atque elegantiae illius, quae paucorum conscientia tenetur, difficilis censura. Quid enim, si familiarius aliquis me norit, atque efficere maiora grauiora que posse iudicet: in his triuisse tempus accuset? Nam sane multi nesciunt, quam honesta haec sint, quam pulcra, quam non magna ad summam cura, leui que temporis impendio, noscantur: quam opportune intentum grauioribus studiis animum recreent, et quodam philosophiae quoque et historiarum fructu pascant: quam valde ad vitam mores que regendos hae quoque artes, si recte vtaris, conducant. At si maxime ignoscant illi, quibus vnus, doctrina et virtute conspiciendis, adprobare haec cupio; qui potero indoctorum hominum iudicia effugere? Quid de me fiet, vbi non pergulam pictorum, sed antiqua illa, minuta ipsis et contemtibilia, multo verborum honore praedicare viderint? Semiramidis, verbi causa, et Artemisiae, et Alexandri, et Pyrrhi, et aliorum illustrium, vultus edo, atque talia etiam coronae circumstanti videor conspicienda dare. Eorum aliquos alius posse agnosci per imperitiam atque audaciam plane negabit; alius saltem, tales eos fuisse: alius in vniuersum, haec signa impressa antiqua videri et vera. Eos fabulam ut docerem his auribus inauditam, ex instituto operis me vidi coactum. Licuisset saltem secretioribus litteris ad doctos homines eum haberi sermonem. Sed sic de gemmis Theotisce scribendo, vix aliquis ante nos hoc cliuo, hac orbita, decurrit. Illi nimirum fidem habebunt inter alia dicenti, Semiramidem in anulo inclusam haberi atque agnosci? Crassum illi id ipsum rideant, et hanc libri partem vna cum scriptore, quod ait Persius, centusse curto liceantur. Quo pacto ab illis impetrabimus, ut mihi affirmanti, antequam ad legendum accesserint, credant, esse liberum cuius diuinandi in talibus arbitrium: et secundum quasdam artis et temporum notas, doctrinae que leges, diversos a diuersis agnosci sine fraude e vultibus posse? Aut, si nequeam hoc illis persuadere, cum eorum imperitia iniquitate que certem, et vincere illos, ac me artes que bonas traduci, patiar? At enim vero tenemur capti:



P R A E F A T I O

nullum est effugium. Restat, ut optimo cuique eorum, qui haec recognoscent commentaria, tanquam lecto et scripto in iudicium meorum decuriis, causam hanc adprobem, docendo; dari haec qualiacunque, et fortassis vana, per meram diuinationem, sine vilo dolo malo, non ut de rebus certissimis, verum super speciosis saltem, et super honestis, atque eisdem exemplo vel falso vtilibus. Pyrrhum enim, aliosque tales sermone ac scriptis celebrari, vtile esse, etiam si falsus ipsis tribuatur vultus, quemadmodum Homero atque aliis, quorum imagines verae non sunt editae, reapse vtiliter tribuitur. Namque vel falsi eius vultus indicio laudari tamen Homerum, et hac quoque specie honestis ingeniis, ut similia audere velint, somnum excuti, certum est. Non est finis futurus talia dicendi. Breuibus te absolvam. Hanc rem, scito, quicumque non magnum eius usum habes, ab omni parte esse innoxiam, et errorem in ea propter obscuritatem difficultatemque lectionum antiquarum nemini fraudi esse debere, sed virtutibus ex recta voluntate apponi a bonis. Liberum esse sententiae dicendae ius: nihil ex ea praestari, nisi simplicitatem consilii. Quae dantur, si non explorata dentur; tamen dari certiora fortassis et meliora, quam ut in dubium ea vocare quilibet pro arbitrio possit. Haec dicta sunt mediocriter doctis, si qui eorum his litteris et studiis meis adeo fautores venerint, ut ad hanc usque partem epistolae legendo durent. E reliquis multi, quando ne haec quidem in limine monita diligenter patienterque sunt lecturi, aut spernere volent ea, quae scripsimus, aut incognita eleuare. Aduersus quorum iudicia nulla me defensio poterit tueri. Rursum doctissimo cuique hac praefatione non est opus: ac talis fortasse existet vnus atque alter, qui ea, quae scripsimus, probabit. Paucorum autem bonorum atque eruditorum virorum sententiis ea si steterint, abunde est: neque enim magnopere caueae totius plausum exspecto. Verbo monuisse sufficiat, multa illum industria, qui radio in aereis tabellis gemmarum species scripsit, neque operum nobilitatem, neque linearum ex illis ductarum vbique elegantiam, neque nostra omnino dictata atque expectationem, adsequi hoc in opere potuisse. Rarae sunt hodie, praesertim his in terris, manus artificum, qui talia docte prorsus sciteque perficiant. Itaque non tam secundum has tabellas, quam ex fide operum ipsorum, commentaria nostra ut aestimes, rogamus. Vale. Lipsiae nundinis autumnalibus a C. N. CIÖIDCCXXXII.



P R A E F A T I O

\*\*\*\*\*

Eiusdem Christi super signis, e quibus manus  
agnosci antiquae in gemmis possunt, annotatio.

**P**osset aliquis desiderare diligentiam nostram, si de antiquitate  
manuum, re tam obscura, aliquod nobis iudicium sumeremus,  
leges atque tabulas, secundum quas iudicari oporteret, non edere-  
mus. Quod enim alii vno verbo respondent his, qui ista artium videndarum  
decreta non agnoscunt, imperitos eos ac barbaros appellando, tum rident  
ac contemnunt quidquid ad eleuandas has litteras inuicem iactatur, id  
vero durum atque inhumanum videtur nobis. Quaerere quidem ante omnia  
conuenit, si sit vtile rebus in talibus Cn. Flauium scribam, meo quidem animo  
exempli non probandi hominem, imitari, et publicare formulas, quae vt  
bonorum ingenia ad cauendum, ita malorum, qui compendia captant e frau-  
dibus, ad nocendum sine dubio reddunt promptiora. Ideo de pretiis rerum  
multarum dicere et Plinius, et alii viri item boni, saepe temperauerunt:  
ideo alii super his rebus aliqua, quae scire parum referret, non dixerunt.  
Qualia nos autem in praesenti monebimus, praeualente insigni ad eruditio-  
nem parandam usu, sic breuiter comprehendemus, vt cum docti habeant,  
quod velint in spectandis recognoscere monumentis, tum vt rei ipsius diffi-  
cultas per se obstet, quo minus indocti atque improbi ea, quibus male vtan-  
tur, hac in re peruideant. Quidquid monumentorum vetus est, insigni-  
tum veris earum artium notis, quae cognatione nonnulla cum pictura iun-  
guntur, quatuor potissimum rebus longe distat a plerorumque operum, quae  
a recenti aliqua manu sunt, ratione: vt puta, Lineis, doctrina, opere,  
materia. De singulis ordine dicemus. Linearum ante omnia consideran-  
da est vera ratio. Vocamus autem veterum exemplo lineas, delineandi,  
adumbrandarum que carbonis aut rubricae ductu formarum, modum: nostris,  
die Zeichnung. Ea in monumentis antiquis plerisque valde est proba, do-  
cta, simplex, facilis, venusta; atque, vno verbo vt absoluiam, elegans.  
Ex ea existunt, praeter miram consensionem totius imaginis atque eurhyth-  
miam, siquidem vti in hac re architecturae fere proprio vocabulo licuerit,  
vultus pulcri, honesti, dignitatem aliquam spirantes, tum pro argumento  
egregie affecti, ac morati: status secundum naturam veri ac decentes:  
motus membrorum decori ac moderati: capillus ac vestis recte composita:



P R A E F A T I O

habitus secundum aetates, et fortunam, et tempora scite attemperati. In recentiorum contra operibus plerisque, etiamsi subtili sint alioqui ingenio perfecta, lineae sunt ferme aut timidius ductae, aut ferocius ac licenter enormes. Exulat igitur a recenti pictura, statuaria, sculptura, aut nobilissima illa simplicitas, aut certe facilitas. Rectissime autem olim Guilielmus Philander ad Vitruvium monuit, (Li. VI, cap. II) tolerandos potius, quam eximios pictores, illam quoque adeo felicem restituendis artibus aetatem tulisse: quocum pulcre postea, non obscura de Raphaele Sanctio voce edita, popularis Philandri Puffinus consensit. Verum ista, utut verissima, mediocriter doctis persuaderi poterunt nunquam. Quod si utcunque assequuntur recentiores raram illam secundum veteres corporis humani symmetriam: pulcritudinem tamen et maiestatem vultuum, ac status corporum, vix vnus atque alter sensit atque imitatus est. In vultibus plerumque quaedam acerbitas, et tristitia, et rusticitas inest. Si affectiones animi in illis apparent, enormiter et ultra modum torqueri videas. Mores autem, quos tamen in turba eorum, qui nobiscum versantur, cotidie ex facili agnoscimus, ut incognitos quoque homines, probos, improbos; veraces, infidos; iracundos, mites; per vultus indicia iudicemus: mores illos, atque animi characterem in vultu conspiciendum, vix vllus vnquam huius et superiorum saeculorum pictor, sculptor, caelator, quemadmodum faceret, vidit. Antiquos id nullo negotio praestitisse, non tam Plinio testi, quam artium ipsarum operibus credimus. Nam de Aristide Thebano tradit ille, (Li. XXXV, cap. 10. med) primum omnium animum pinxisse eum, sensus que omnes expressisse, quos vocarent Graeci ἦθη. Verum eos ipsos cum cura distinguit a perturbationibus, quos nos affectus vocamus. Ad hunc modum adsecuti sunt illi, ut Hercules e vultu atque e corpore appareret magnanimus, fortis, ingeniosus, regno quouis dignus; sed idem tamen iracundus et bibax: Bacchus mollis, formosus, regia dignitate; sed tamen solutus atque ebrius: Mercurius hilaris atque iuueniliter ridibundus; sed tamen astutus: Mars pulcher atque honestus, et Ioue patre dignus; sed tamen insanus: et quae alia sunt ad eum modum. Talia uti agnoscas, nisi te cogant monumentis artifices antiqui, mirum est: contra, si recentiorum aliquis haec eadem effecerit in opere suo, mirum est magis. Neque non in illis deprehendes status corporum veros: verum decorem, et aptum ad pulcritudinem modum, in gestu atque in habitu: veras aetatum, temporis, fortunae notas. Haec tamen adhuc omnia perspicere vix possunt, nisi ab his, qui oculis utuntur eruditis: reliquis ferme obscura sunt, et incre-



P R A E F A T I O

*incredibilia. Deinde, si quando recentiores fabri hoc unum sibi proposuerunt animo, ut imitarentur veterum opera, non inscite multa quidem rebus ex illis exprimunt. Quanquam sint fere ista, ut exemplorum quaedam imitatio, antiquorum potius operum, e quibus sumuntur, bonis aestimanda, quam suo sibi ingenio. Neque aliae magis manus indiscreta interdum similitudine fallunt, veneunt que pro antiquis, quam quae sic affectando fiunt. Discernere enim exempla expressa ab archetypis imaginibus, nisi artium earum scientia atque usu excultis ingeniis, difficile habetur. Atque ista quidem super linearum aestimatione. Secundum lineas doctrina, et historiarum, morum, sacrorum perfecta peritia, quae rexisse debuit opere in probo vetusti artificis manum, in his monumentis talis est, ut eius notae verissimae facile fugiant inscientiam eorum, qui plerumque ea vendunt, usu utcunque spectata magis, quam cognita. Verum eadem signa raro fugiunt scientiam doctorum virorum, qui diutina librorum lectione iudicium subactum consequuti, artium et linearum peritiam non habent. Deinde haec quoque sunt talia, ut fieri non possit, quin artifices nostri, quibus plerisque longe est doctrina, aliqua earum rerum in parte, quamvis diligentes, quamvis intenti in opus suum, turpiter errent. Haec igitur praesertim res doctorum virorum consideratione digna est. Eminent vero doctrina, praeterquam quod in consensu totius argumenti, et in peritia historiae fabularis, in tonsura, verbi causa, capitum, pro popolorum moribus attemperata: in vestimentis; in armis; in sacrorum ritibus; in congruente cum statu et gestu imaginum ea designatione, quam poetae carminibus celebrauerunt. Adde alias multas id genus notas, quas antiquarum lectionum beneficio deprehendimus. Ea tamen res maior est, quam ut possit hac breui annotatione explicari. Iam nunc tertio huius velut epistolae loco operis rationem, et manus ipsius additae proprium quendam ductum, quae nostris hominibus fere est, die Arbeit und Manier, in quantum ea ad gemmas pertinet, indicabo. Veteres in architectura, in pictura, in sculptura, alio quodam pacto manus artium que instrumenta rebus admouerunt, quam nostri quidem homines solent. Equidem, nisi me omnia fallunt, olim mihi visus sum deprehendere, partim Plinii aliorum que testimonio, partim ipsa operum inspectione adiutus, gemmas antiquas, id quod audiunt, atque quales se adprobant oculorum iudicio, esse scalptas, id est, scalpellis quibusdam, ex adamante illo durissimo, qui nobis deest, factis, accisas et incisas. Nostrae contra hodie gemmae, quod vulgo notum est, non scalpuntur, sed atteruntur harena te-*



P R A E F A T I O

nuissima adamantis, aut quae earum sunt teneriores, Smyridis lapidis. Iam fieri non potest, praesertim si quis oculos vitris armare, ut in re parua, velit, ut opus ne appareat, cultellis velut et celtibus scalptum, quod sit scalptum: atque e diuerso harenis tritum, quod sit tritum. Illud opus perpetuos fere atque in longum directos ab scalpello sulcos habet, et maiorem ab initio opificii laeuitatem: istud, nihil eiusmodi. Poliunt quidem interdum nostri homines, quae asperiora intriuerant: sed haec industria obtundit operis lineamenta certissima, et demit illam facilitatem, quae probam commendare manum poterat. Qua in re tamen peruidenda rursus oculis opus est eruditis. Illam operis diuersitatem uti aliquo testimonio firmemus, audiamus primo Plinium. Is de adamantis genere durissimo, (Libro XXXVII, cap. 4) cum feliciter rumpere, inquit, contigit, in tam paruas frangitur crustas, ut cerni vix possint. Expetuntur a scalptoribus, ferro quae includuntur, nullam non duritiam ex facili cauantes. Crustas dicit, tanquam quae cultellorum laminas imitarentur; et cerni eas vix posse, propter tenuitatem vitream in aciem desinentem: non propter ceteram breuitatem, pollinis enim modo diminutae partes ferro includi non poterant, neque scalpturam dici, sed trituram, tale oportebat opus. Expeti autem crustas, non adamantia solidum intellegit: quia feliciter ait rumpi: quod dicere non poterat, si inutiliter rumperetur, id est, si crustae confracti lapidis hunc usum non haberent. Idem alio loco (Eod. libro, cap. 13) de gemmis, Aliae ferro, inquit, scalpi non possunt, aliae non nisi retuso, verum omnes adamante. Rursus ait scalpi eas, non atteri, et cum ferro adamantia componit, non cum harenis, aut cum cote, quod sane fecisset potius, si harenae modo adamas apud veteres adhibitus ei opificio fuisset. Quod autem diximus, gemmas hodie non scalpi, sed atteri, id secundum ea dictum est, quae nos non incuriosi talium usu et conuersatione cum artificibus potuimus deprehendere. Nam non obscura cum diligentia in spem honestam educati, litteris quidem ea quae omni, quae ingenuos addecet, doctrina sedulo, dein quoque eis artibus, quae magnam cum reliquis humanitatis litteris cognationem habent, et perperam hodie a multis negleguntur, imbuti sumus: non ut aliquid magnopere probandum villo earum in opificio efficeremus, quibus a studiis nos facile maiores reuocarent curae: sed ne plane rudes atque ignari graphices, et penicilli, et radii, et caeli, et torni verbi caussa tractandi, operum quae ex eo inelegantes spectatores, viueremus. Itaque non infrequenter assedimus probis pingendi, fingendi, caelandi, atque atterendarum quoque gemmarum artificibus, manum interdum admouimus, operis caussas quaesiuimus. Per istum quantulumcunque usum, atteri hodie vitra et gem-



P R A E F A T I O

*gemmas, vidi: incidi et scalpi adamante in mucronem fastigiato, non audiui. Non dissimulo tamen, spectauisse me proauorum nostrorum aetatis in gemmis sine dubio manus, quarum opus non attritum, sed fere scalptum, qualia sunt antiqua, appareret. Verum ista opido rara sunt. Neque dissimulo, me legisse quaedam ad eam dubitationem amouendam idonea apud Ge. Agricola quoque. Is enim in opere de Natura fossilium, qua parte de Gemmis disputat, (L. VI, pag. 274, med. fec. Edit. Froben. Basil. 1558) Admodum durae, inquit, et scalpturis difficiles cauantur adamantis mucrone, aut acuto aliquo eius fragmento in ferrum incluso. Atque aliquanto post: (eodem libro, pag. 281) Scalptores gemmarum rupti adamantis fragmenta in ferrum includunt, eis que durissimam quanque gemmam perfacile cauant. Et rursus post illa de Ostracia, (pag. 291, extrema) Eius fragmentis, inquit, quidam nostris etiam temporibus alias gemmas scalpunt. Obseruandum est tamen, primum locum eo trahi posse, ut de terebrandis tantum gemmis valeat, ubi scimus illum circumagendi turbinis feruorem multa efficere, quorum non magnus sit usus in reliqua scalptura: secundum locum e Plinio fere, ut alia in his libris multa, petitum videri: in tertio fortassis scalpendi vocabulum non proprio accipi sensu. Nihilominus valde adiuant sententiam nostram ea, quae Agricola, adeo doctus, adeo peritus rerum talium vir, olim tradidit super gemmis excauandis. Superest, ut de materia, atque de lapillorum natura, quaedam in eam rem utilia moneamus. Paruas atque emendatas gemmas veteres plerumque amabant: nostri homines pretio fere ducuntur, ac maiores plerumque, sed minus emendatas, minus que puras, operi deligunt suo. Parcebant veteres adamanti eius ordinis ac loci, cui conuenisset, cedere duriori. Parcebant Opalo, et fere Smaragdo quoque etiam. Quanquam hoc de Smaragdo non sit perpetuum. Rarissima eorum sunt opera in Sapphiro: rara in carbunculis lucidioribus: rarissima in chrysolitho: rara in Crystallo: rara in Iaspide varia aut aerizusa. Quorum generum in aliis contumacia naturae aduersus scalpturam, in aliis quod ceram tenent; in aliis quaedam fortassis ignobilitas, in causa fuit. Frequentia deinde veterum opera in Onychibus diuersae naturae: frequentia in Prasis: non rara in Iaspide vnus coloris viridi, rubra, fulua: non rara in Achatis, et in Cyaneo, sed deterioris fere saeculi: neque infrequentia, quantum gemmae permisit raritas, in Sardonyche: frequentissima nationum et saeculorum omnium, in Sardis. Nostri homines libenter atterunt crystallum, et Achatae diuersa genera; verum ea fere auctoritate dubia aut notha.*



P R A E F A T I O

*Cauatur enim ex facili genus hoc, et sumtui parcitur, quando Smyris lapis pro adamante subuenit. Non respuunt hi quoque Sardas, quamuis duriores. Sed sunt hae recentiores coloribus ac lumine diuersae ab Sardis antiquis, ut oculorum acie deprehendi, nisi fallor, possint. Sardonycha, quantum scio, nostri non habent fabri: neque magis veras atque Arabicas Onyches, quae Italis fere Camei. Iaspides illas unius coloris, praesertim perfecte rubentes, vel in flauo melleas, aut non inueniunt, aut si inueniant, abstinent, puto, ab illis manus, quia est contumax eius lapidis natura.*

*Illas igitur simul notas ac signa si quis consideret, non facile, quod sit recens, id esse antiquum iudicabit. Erit, qui dicat, quum tot sint notae, qui fiat tamen, ut docti quoque ac periti homines interdum decipiantur? Scilicet aduersus cautos quoque ingeniosa fraus est. In quibusdam non satis operis est, velut in capitibus, ut inde colligere veri omnia argumenta possis. In magnis pretia imponunt et fama. In minutis fugiunt multa: tum curae parcitur, et oculis, et considerationi, et lectioni. Digna est res denique, cui indormiscere, et in qua esse negligens sine periculo possis. Talem me quoque, mi Lector, ut habeas, si quod sit aliqua in parte peccatum meum, malo, quam ut scientem prudentem que edidisse credas, quae vana atque incerta putare iure possis. Sic autem natum atque institutum existimabis, ut qui in summa operosus esse de re parua dicendo nolit, aliquanto minora sermonibus ferre solitus, quam quae fortasse videat. Vale. Lipsiae, eisdem, quibus superiora, diebus.*







C. W. E. Dietrich del.

C. F. Boeckius sc.

# DACTYLIOTHECA

T A B. I

Erste Kupfertafel.

*Capita deorum, heroum, regum,  
feminarum illustrium complexa, ana-  
glypta pleraque.*

Bildnisse der Heidnischen  
Gottheiten, Könige, und anderer  
berühmten Personen.

Num. I

Num. I.

**I**mago Christi Diui Seruatoris generis hu-  
mani. Ea non dignitate modo, vt veri  
dei vultum imitata, verum etiam gem-  
mae pulcritudine, spectando que ambitu, cu-  
ius exemplum editum respondet archetypo  
suo, tum quadam operis quoque nobilitate,  
primum iure locum obtinet. Ceterum anti-  
quitate et manibus facile cedit plerisque aliis  
huius dactyliothecae sigillis. Vultus Christi  
talis est, tali que barba et capillo notandus,  
qualis in numis Byzantini imperii fere exhibe-  
tur. Sceptrum etiam in sinistra positum, li-  
liorum velut foliis apicatum, crucis figuram  
imitatur, vt Christum agnoscas. Fulmen  
in dextra, quasi Ioui, datum est, tamquam  
certissimum supremae pollentiae signum.  
Byzantino autem sub imperio artifices solitos  
fuisse Christi imaginem ea specie, qua Iouem  
faciebant, effingere, documento est, quod tra-

**D**as Bild Christi, nach Art des  
Gözenbildes Iouis, mit der  
gewöhnlichen Figur des Blitzes  
in der Rechten, zu der Zeit des Byzan-  
tinischen Kaiserthums, aus einem  
ausgesuchten, feinen, orientalischen  
Onych geschnitten. Der Stein hat die-  
selbe Größe, darinnen das Bild hier  
vorgestellet ist, wie auch bey den zwey  
nachfolgenden Bildern, und dem in der  
Mitten stehenden Brust-Bilde der Pal-  
las, geschehen ist. Bey den übrigen  
zeigt das unter die Abbildung gesetzte  
Oval, worinnen die Schrift stehet, die  
eigentliche Größe des Gesteins an. Das  
Gesicht Christi sieht fast demselben gleich,  
welches bisweilen auf den Münzen der  
Byzantinischen Kaiser stehet, da er zum  
öftern also, und nicht mit getheiltem

(E) 2

dic



dit Cedrenus, <sup>1</sup> pictori, Christum ad faciem Iouis pingere aufo, manum exaruisse, eum que propterea a Gennadio sanatum esse. Quibus e moribus etiam de tempore gemmae scalptae coniecturam vtcunque possis facere. Gemma ipsa est pulcherrima, et cum ad corpus Christi subfuscum, tum ad nubes cyaneas, coeli dominum velut ambientes, colores e natura lapidis ingenio caelatoris quaesiti scite congruunt. Quod si inter eam partem, qua lucis incidunt radii, et oculi tui aciem, in medio habeas gemmam sua natura semipellucidam, pulcherrimum purpurae, qualis est fere matutini coeli, colorem, qui deposito lapillo cyaneus in summo apparebat, circa corpus Christi videas. Vt adeo etiam Sardonycha possis vocare hanc gemmam.

Praeter eam habetur in hoc Museo alia quoque Christi imago, humerotenus a recenti, <sup>2</sup> sed docta manu, scite excisa e Chrysolitho veterum, siue, vt hodie vocatur, Topasio fere Bohemica.

Num. 2

Capita iugata Imperatoris Tiberii Caesaris, paludati ac laureati, et Liuiiae, siue Iuliae Augustae, matris. Oris lineamenta plenioris, et ad decorem composita, meliorem in illo aetatem significant, quasi Dei futuri, atque ea cum aliis praesertim eius gemmis, veluti cum Achate illo magno Tiberiano, qui Parisiis habetur, pulcre conspirant. Numi enim tetriorem fere illius vultum solent exhibere. Liuia autem plane talis hic est, qualis in Achate Parisiensi ad dextram filii sui affidet. <sup>3</sup> Etiam gemmae nitor, et operis subtilitas, tempus Augusti, aut quod ei proximum effluxit, videntur iudicare. Et haec gemma, et superiores gemmae, seruant veram et suam magnitudinem in exemplis aenea tabella expressis, vt Palladis quoque imago. In reliquis subscriptionum orbes ipsis gemmis magnitudinis ambitu respondent.

und völlig vorgestellt werden. Ingleichen beschreibet Suetonius Tiberium schön und wohl gebildet, und der besonders große Augen gehabt habe.

Num. 3

Augusti caput laureatum, scitissime exscalptum, quanquam de opere, subtili alioqui et

Barte zu sehen ist. Desgleichen zeigt sich auch bey dem, der dieses schreibt, auf einer Griechischen Mahlerey auf Holze, die auch schon etliche hundert Jahre alt, und beynabe aus denselben letztern Zeiten des Byzantinischen Kaiserthums, in welchen dieser Stein vermuthlich geschnitten ward, her ist. In der Linken hat Christus auf diesen Steine einen Zepter, dessen Blume in Gestalt des Kreuzes gebildet ist. Es findet sich auch in den Griechischen Geschichtbüchern Zeugniß, daß die Künstler derselben Zeit, den Heiland des menschlichen Geschlechts, dem Jupiter ähnlich gebildet haben. Die Haut am Leibe Christi kommt auf diesem Steine bräunlich, wie sie seyn soll, und wie David war. Um ihn herum, als den Herrn des Himmels, zeigen sich Wolken, die ins blaue fallen, und, wenn sie gegen das Licht angesehen werden, purpurfarb oder Aurora scheinen.

Num. 2.

Tiberius, nebst seiner Mutter, der Kaiserin Livia, auf dergleichen Art, aus einem feinen Dnych heraus geschnitten. Die Arbeit daran ist fein. Die Livia, oder Julia, denn so hat sie nach Augusti Tod geheissen, ist hier ganz ähnlich ihren übrigen Bildern, die man auf Edelgestein findet. Ihr Sohn erscheinet hier etwas völliger und schöner, als er auf Münzen stehet. Allein auf andern Dnychen erscheint er ganz diesem ähnlich. Die Ursache ist, weil auf solchen Steinen man ihn bildete, als einen, der in der Hoffnung, wie die Schmeichelen derselben Zeiten war, Gott sey, und unter die Götter erhaben werden sollte. Die Götter aber wurden nicht alt, und ihre Gesichter mußten allezeit schön, gesund

und wohl gebildet, und der besonders große Augen gehabt habe.

Num. 3.

Augusti, des ersten Römischen Kaisers, Bild, mit einem Lorbeerkranze gedocto,

<sup>1</sup>) *Sec. edit. Basil. Oporini 1566. pag. 286. versu 40. seq.* <sup>2</sup>) *En buste.*  
<sup>3</sup>) *Ap. Iac. le Roi in achat. Tib. descript. et ap. Rubenium.*





Exsculpt. ex Onyche  
utrinque spadice, crusta  
intermedia cyanea. vulgo  
Sardonychem vocant.



Exsc. ex Onyche,  
vulgo Cameo.



Exsculpt. ex Onyche  
spadice, crusta cyanea,  
et in summo gilua.



Exsculpt. ex Onyche  
vulgo Cameo.



Sardonychis  
genus  
exsculptum.



Exsculpt.  
ex  
Onyche.



Exsculpt. ex  
Onyche utrinque  
spadice, intermedio  
albo.



Exsculpt. Chalcedonio.



Ex Onyche, jux  
Opali quodammo-  
do genus est.



Ex Onyche, siue  
Sardonychis ge-  
nus est.



Exsculpt. ex  
Onyche, vulgo  
Cameo.



Incis. in  
Jaspide  
rubro.



Incis. in  
Amethysto.



Incis. in  
Carbunculo  
amethystizante.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

PHYSICS

PHYSICS

PHYSICS

PHYSICS



docto, si sit vetus, possit aliquis dubitare. Gilvius in summo gemmae color lauream quasi auro radiantem pulcre exprimit. Gratus in hoc capite iuventae decor, et oculorum quidam vigor, quorum vtrumque Suetonius commemorat. Differt autem nonnihil Augusti vultus, qualis in gemmis est elaboratoribus, ab eo, qui in numis vulgo expressus est: naso praesertim in gemmis minus prominente, et ad confinia frontis reductiore. Talis fere Augustus in Sardam impressus apud eum quoque est, qui haec vtcunque enarranda sumit. Inter se igitur magis gemmae sunt conferendae, vt doctioribus a fabris adcuratius perfectae, quam ad numos tantum comparandae. In his sunt Vrsiniana,<sup>1</sup> Musei Florentini nonnullae, Parisiensis ad S. Genevievam, aliae in promptu.

Num. 4

Caput velatum Iuliae, vt opinor, Augustae, vxoris primum, dein Sacerdotis diui Augusti, et filiae, per adoptionem et testamentum appellatae. Cuius rei testes sunt Velleius,<sup>2</sup> Tacitus,<sup>3</sup> Suetonius.<sup>4</sup> Possit aliquis mauelle interpretari Iuliam Maesam, posteaquam talis itidem e gemma Onyche edita est iudicio Begeri.<sup>5</sup> Sed anaglyptae sane boni ac veteris in hoc capite manus fere melior est, quam pro tempore Alexandri Seueri. Rubor Sardae scite dispersus in genas Augustae artificis scalptoris cura venit.

ganz unschuldig, frey, edel und möglich ist: also an dem Zweifel tragen, was sie nicht selbst dabey

Num. 5

Caput aliud velatum, siue Graecum, Cleopatrae fortassis Antiochi Grypi Syriae regis matris; siue Romanum, Agrippinae maioris, aut Antoniae. Et fere manus artificis non optima, sed tamen antiqua, Graecis eam permittit, et denique vindicat velum Graeco more intortum. Conferendi de hoc vtcunque vultu Fulvius Vrsinus,<sup>6</sup> et Caninius,<sup>7</sup> et Begerus.<sup>8</sup> In Vrsiniana quidem imaginis interpretatione fallitur vir alioqui doctissimus, Ioh. Faber, popularis noster, eo, quod non matrem, sed vxorem Grypi ait hanc Cleopatram. Tum frustra contendit Caninius, matrem non esse, quae

krönet, aus einem dergleichen Onych fleisig geschnitten. Die Blätter des Kranzes fallen ins gelbe, wie dieses zu solchen Kronen, die zum östern aus Golde, nach dem Laube verschiedener Bäume gemacht, und mit Steinen versetzt waren, sich gar wohl füget. Die Schönheit des Augusti, wie sie in seinen mittlern Jahren war, zeigt sich besonders auf diesem wohlgeschnittenen Bilde, das vermuthlich Ultrömisch ist, ob schon daran aus etlichen Merkmalen, die Kennern wohl bekannt seynd, einiger Zweifel seyn kan. Auf dem Kupferstiche sieht er sich bey weitem nicht also gleich, wie auf dem Steine, aus welchem, und aus der Vergleichung mit andern geschnittenen Steinen, man überhaupt die Bildung des Gesichts besser, als aus den Münzen allein, erkennen mag.

Num. 4

Dieselbe Livia oder Julia, die auf dem zweyten Steinlein vorkam, mit einem Schleyer, als Priesterin, bedeckt. Den Stein kan man in gewisser Mase einen Sardonych nennen. Vermöge dieses Edelsteins fallen die Wangen roth: die Stirn und Nase aber ins weiße. Die Ausdeutung solcher Gesichter, und die Zusammenhaltung mit andern wirklich alten Stücken, ist etwas schwer und mißlich. Wie aber solche Auslegung allein aus Vermuthen genommen wird, und ihrer Natur nach

sollen dieser Dinge Unerfahrene nicht gleich einsehen, verstehen und erkennen mögen.

Num. 5

Eine Asiatische Königin, vielleicht Cleopatra, Antiochi mit der krummen Nase, Königs von Syrien, Mutter, aus Onych. Es läffet sich allerhand Zweifel darüber machen, wie dergleichen hier im Latein verschiedene beantwortet werden, welche am Rande zu wiederholen, für die, welche die altlateinischen Bücher nicht lesen, unangenehm und unfruchtbar seyn würde. Die Arbeit an diesem Steine ist alt und gut, ob gleich nicht die künstlichste. Die Art des Haarpuges, die weibliche Krone, der Schleyer, nach Griechi-

(F)

adole-

1) Imm. Ill. P. I. num. 39. 2) L. II, 75. 3) Ann. I, 8, 14. 4) Aug. cap. 101. 5) Thesauro Brandenb. Vol. I, p. 127. 6) Imm. Ill. num. 19. 7) Iconogr. num. 41. 8) Thes. Brandenb. Vol. I, p. 256.



adolescentula pulcritudine ac vigore formae appareat. Illud enim in femina decoris studiosissima primo non est admittendum, ut se maluerit vetulam fere ac marcentem fingi, quae potuerat non id modo aetatis, sed ad quinquagesimum ferme annum quoque, quemadmodum solet fieri, florem quendam iuuentae seruauisse. Deinde in dea, quam se dicit Cleopatra, perpetuus

flos aetatis, etiamsi minus durasset in mortali muliere, erat exprimendus. Postremo, quod in inscriptione numi nomen eius nomini regis, et in imagine vultus muliebris virili praepositur, matrem eam satis adprobat. Quorum pleraque ante nos Begerus dudum annotauerat.

## Num. 6

Caput Alexandri Magni, diademate gemmato vinctum. In ore eius regia feueritas, καὶ τὴν ἐκ τῆς εἰδὸς φοβερὸν, quod notat Aelianus;<sup>1</sup> et tamen formae decor, et capillus a temporibus reiectus ac retortus, et quae alia in eo antiquitas obseruata sunt, eminent. Neque minus hic apparet caput prominens, atque in sinistrum humerum inclinatus, quem gestum in eo obseruatum fuisse, et ab aulicis imitatione celebratum, Plutarchus testis est.<sup>2</sup> Talia diligenter expressit anaglyptes, quandoquidem prominente ore et iugulo fere prono Alexandrum omnes, et numi, quos vidimus, et gemmae exhibent. Oris autem lineamenta, qualia in hac spectantur gemma, congruunt praesertim cum aureo Alexandri nomismate, ex quo tertiam ordine eius icona delineauit Caninius,<sup>3</sup> qui super his imaginibus etiam plura et notatu digna commentatus est.<sup>4</sup> Sed Begerus in hoc eodem numi aurei signo agnoscere Pallada maluit.<sup>5</sup> In quo sine dubio fallitur. Vultus enim certe, qualem in auro ob oculos ista annotantes habemus, viri est, et similis admodum eorum, qui in argenteis eius regis numis spectantur.

Caput aliud Alexandri fere, ex Alabastrite versicolori excisum, tetradrachmi magnitudine.

## Num. 7

Caput Mauri scite exsculptum: quem quo nomine dicamus, nihil habemus exploratum.

## Num. 8

Simulacrum Palladis humerotenus vndique exsculptum, quam protomen vulgo solent vocare,<sup>6</sup> e Chalcedonio, ut vulgi sensu et vocabulo appellare tantisper gemmam liceat. Pectus

## Num. 6

Alexander des Großen Bildniß, mit einem Haarbande, oder königlicher Krone, nach alter Art, auch aus Onych. Dieses Steinlein ist ingleichen wohl geschnitten, und zeigt gar fein dieses Königs Bildung, Ernst, und Tragung des Hauptes. Das Haarband ist mit Edelsteinen versetzt vorgestellt. Ueber Alexanders Kopf auf Münzen, haben sich die Gelehrten bisweilen geirret, welches hier im Latein angeführt wird. Dieses wohlgestalte Gesicht, sieht sowohl ähnlich der Bildung der Mutter, welche auf dieser Kupfertafel auch aus einem Onych zu sehen ist, als auch dem Könige Philippo, besonders der Mine nach, wie er auf Münzen erscheinet. Es war in alten Zeiten sehr gemein, das Bild Alexander des Großen auf Edelstein, in Pitschir-Ringen, und sonst, zu führen.

Ein anderer Kopf dieses Königs, auf einer Art Alabastrer.

## Num. 7

Ein unbekannter Africaner, aus braunem Onych.

## Num. 8

Ein Brustbild der Pallas, aus Chalcedon, wohl geschnitten. Der Helm ist schön, recht nach Griechischer Art, wie unten, bey dem Bilde des Königs Pyrrhi, postea

1) Lib. 12, cap. 14. 2) In vita Alexandri. 3) Icon. num. 14. 4) Iconogr. num. 12, 13, 14, 15.  
5) Tbes. Brandenb. Vol. I, pag. 242. 6) en Buste, Galli.



postea adiectum est ex Amethysto immatura. Talis quoque Mineruae, sed aliquanto tamen maior, ex achate excisa species, fuit in dactylitheca Leonardi Augustini.<sup>1</sup>

noch etwas davon gesagt werden wird, und wie ich zum öftern in meinen öffentlichen Reden, so wohl dieses, als auch die Arten der Römischen Helme und Casqueten, um ihr Soldaten-Wesen zu verstehen, erklärt habe.

Num. 9

Caput Omphales, Nemeaei leonis spoliis indutae. Fabulam enarrat optime Ovidius.<sup>2</sup> Odoratos ei capillos tribuit Poeta, et auratum sinum: quorum vtrumque fere potest agnosci in hac atque in aliis gemmis Omphalen adumbrantibus. Praeterea ingenio eius mulieris designando spectanda est vbique vultus hilaritas cum pulcritudine coniuncta. Ea res praesertim eminent in minutissima, sed perantiqui operis Sarda, quae apud eum habetur, qui ista ad has commentatur gemmas. Adprobantur autem ea, quae diximus, ex aliis quoque sculpturae veteris exemplis, quae Omphales vultum, gestum cultum que exhibentia, e gemmis celeberrimum museorum ad nos peruenerunt. Leon. Augustinus non bene Deianiram interpretatus erat gemmam similem, editione operis prima, et mox Latina.<sup>3</sup> Nam secunda editione id postea correctum est. Neque magis adcurate alii Iolen edunt, si qua talis pelle leonis vestita mulier in monumentis vetustis apparet.<sup>4</sup> Aliqua deinde Omphales capita repetita sunt in Thesauro Florentino.

Omphale alia, ex onyche versicolori vtrinque spadice excisa, iam non capite tantum, sed toto corpore spectanda, fabae magnitudine.

ihren liebevollen Scherz den männlichen Hercules zu allerhand weiblicher Arbeit beweget, und in gleichem Spiele die Kleider mit ihm gewechselt, also, daß sie seinen harten kriegerischen Mantel und Löwenhaut angelegt, er aber in ihre weiche Flor-Kleider (Coam vestem) sich eingekleidet hat.

Eine andere Omphale, in ganzem Stande, eingegraben in einen Achat, der die Größe einer Bohne hat, mittelmäßiger Arbeit.

Num. 10

Artemisiae Mausoli vultum hac gemma, quae scite admodum et dextre scalpta est, putamus exhiberi. Velata est, et diademate vineta, vt aliae eorum temporum reginae. Dein virilem cum pulcritudine vigorem vultus spirat, et accedit chlamys, et lorica, quam sinister ostentat humerus. Malum autem spiritus agno-

Num. 9

Omphale, Princessin aus Asien, des großen Hercules Geliebte, mit ihres Liebhabers gewöhnlicher Kleidung, der Löwenhaut, ausgeschmückt; aus einem weissen Onych oder Achat. Die Fabel ist bekannt genug. Ovidius, in seinen Büchern über den Römischen Calender, hat sie sehr wohl beschrieben, und die alten Steinlein stellen vortreflich vor, sowohl die Schönheit und Jugend dieser Princessin, als auch ihre lustige, muntere und scherzhaftige Gemüthsart, welche in der Fabel beschrieben wird. Es dienet aber zu wissen, daß auf den alten Denkmahlen, nicht nur die Gesichtsbildung der Könige, und anderer berühmten Personen, aus den Geschichten des Alterthums; sondern in gleichen die Gottheiten aus der Fabel, mit großer Kunst und Aufmerksamkeit, immer auf einen Schlag, und sich ähnlich, vorgestellt erscheinen. Welches, nebst noch andern Anzeigungen, sehr die Vermuthung unterstützt, daß Jupiter, Hercules und andere, wirklich einmahl unter den Griechen gelebt haben. Omphalen belangend, so hat dieselbe durch

Num. 10

Artemisia, eine tapfere, großthätige Königin von Carien in Asia, und hinterlassene Witwe des Königs Mausoli, aus einem Onych, der etwas vom Sardonych hat, heraus geschnitten. In der Zeitrechnung ist, vielleicht bloß aus Irrthum der Abschreiber, von welchen wir die Bücher

(F) 2

scere

1) Num. 16. ed. secunda Hetr. in Lat. P. II, num. 1. 2) Fast. Lib. II, v. 325, 326. 3) Part. I. num. 7  
4) Vol. I, tab. 35, num. 1 - 7.



fcere egregios in tanti operis effectrice, veluti in illa, quae cum Xerxe militauit, quam indecoram maestitiam, qualis in Artemisia Musei Florentini expressa est.<sup>1</sup> Valde enim arridet nobis opinio eorum, qui censent, vnam Artemisiam esse, nec duas, quae rem egregie aduersus Rhodios, Vitruuio teste, gesserit:<sup>2</sup> quae Xerxen Europae bellum inferentem copiis, consilio, manu iuuerit: quae que eadem postea Mausoleum condiderit. Scopas enim, qui in eo aedificio artis experimentum dedit, Olympiade nisi antiquiore, at LXXXVII, si Plinio fides est, id est postea floruit, atque hoc quoque tempus non nimium abest a bello Xerxis. Quid, quod eiusdem loci<sup>3</sup> indicio locus alter Plinii,<sup>4</sup> quo dicitur Mausolus Olympiadis CVI anno secundo diem obiisse, in numeris edendis corruptus potest videri. Quod deinde Gellius Isocratem, eiusque discipulum Theopompum, in agone ad Mausoleum certauisse ait, id utique non Artemisia viuente, sed durante eorum certaminum instituto, postea factum fuisse, verosimile est: neque hoc quoque fati conuenit in Olympiada CVI. Similis praeterea ei haec est Artemisia, quam numus exhibet, cuius siue veri, siue adulterini, exemplum e Museo Gothano editum est a Tenzelio<sup>5</sup> et a Liebio. Non absimilem huic anularis Artemisiam gemmae, hoc pacto velatam, memini me olim videre, atque inde exemplum cerae impressum sumere, in museo Praunio Noribergae. Extat quoque alius in hac nostra dactyliothea feminae vultus, atque is plenus, atque obuersus e regione spectantibus, alte docte que incisus in Sarda emendatissima. In eo quoque Artemisiam agnoscere, si velis, possis.

und die Aehnlichkeit mit andern Merkmalen der Artemisia, hilft unserer Vermuthung.

### Num. II

Olympias Philippi Macedonis vxor, Alexandri M. mater, nisi nos fallunt exempla,<sup>6</sup> ad quae vultus lineamenta comparauimus, et si diuinationem adiuuat nostram quaedam cum facie filii congruens similitudo. Oportet enim veniam praefari vultibus interpretandis aduersus imperitos, qui talia facile, vt vana atque incerta, solent calumniari. Contra, qui aliquem in his rebus vsum habent, hi probe

der Alten haben, einiger Zweifel, ob die tapfere Artemisia, die mit Xerxe gegen die Athenienser und übrige Griechen gekriegt hat, und die betrubte Artemisia, von welcher das vortreffliche Grabmahl, zu Ehren ihres Gemahls, gefuhrt worden ist, eine, oder zwei unterschiedene Königinnen, seyen. Dieser Zweifel ist hier im Latein, nach Anleitung der vornehmsten Zeugnisse, ein wenig untersucht worden. Man betrachtet und hält werth das Gedächtniß, und die Gesichtsbildung solcher berühmten Personen, nicht als unumstößliche Zeugnisse, daß, und welcherley sie gewesen seyen; sondern als Ehrenmahle, und Vorstellungen rühmlicher Thaten, welche uns großer Tugenden erinnern, und zugleich ermuntern sollen. In dieser Absicht ist uns, soviel das Bild betrifft, da es zumahl der Zusammenhang der Geschichte verstatet, wohl erlaubt, und zugleich angenehmer und nützlicher, daß wir die kriegerische, und die betrubte Artemisiam, für eine Königin angeben. Zumahl da derselbe, welcher diesen Edelstein gar künstlich geschnitten hat, und welcher allem Vermuthen nach, wohl ein alter Meister gewesen seyn möchte, hierunter uns vorgegangen ist, und beydes ihre Trauer, und vermuthliche Priesterschaft, durch den Schleyer; ihre kriegerische Thaten aber durch den Soldaten-Mantel, (Chlamydem) und durch den Harnisch, (loricam) dessen ein Theil auf der linken Schulter der Königin sich sehen läßt, angedeutet hat. Die Schönheit der Gesichtsbildung,

### Num. II

Olympias, Königin von Macedonien, Alexandri des Großen Mutter, aus einem feinen Dnych. Diese im übrigen ruhmvolle, große Frau, welcher Gesichtsbildung, wie sie hier mit ihrem Sohne zu sehen ist, Alexandrum auch der Aehnlichkeit halben nicht verleugnet, war ihrem Leben, und ihrer Person nach, wie es zum öftern in der Welt, und in

sciunt,

1) Vol. I, tab. 26, num. 8. 2) Lib. II, cap. 8. 3) Lib. XXXIII, cap. 8. 4) Lib. XXXVI, cap. 5. et sic recens Plinius, vetusta exempla, centesima anno II. 5) In selectis numismatis, Ienae, 1693. pag. 33. 6) Vt apud Vrsinum P. I, num. 6. et ap. Leon. Augustinum, num. 10. 1. sec. editionem secundam Hetrusce curatam. a. 1686.



sciunt, talia, vt non affirmari velut sub teste, atque certis indiciis, sed dari pro verisimilibus, ancipiti sine noxa sententia; ita suis nihilominus circumscripta legibus, quae ex optimis litteris nascuntur, recte iudicari. Quod quidem negotium per coniecturam, at multo cum fructu lectionum antiquarum, geritur. Scitus est in hac gemma vultus, opus autem non improbum. Hae adhuc gemmae eotypae omnes: sequuntur tres incifae atque anulares.

artiger und feiner, als die Manier, wodurch sie ihrem Sohne seine Thorheit in einem Briefe höflich zu Gemütthe geführt hat, daß er angefangen habe, sich für einen Sohn des Jupiter Ammon halten zu lassen. Er möchte doch, schrieb sie ihm, ein wenig an sich halten, und nicht so laut von der Sache sprechen. Sie dürfte dieserhalb Händel mit Junone bekommen. Er wisse ja, wie diese ernstliche, und eifersüchtige Göttin über dergleichen Dinge keinen Scherz verstehe.

Num. 12

Pyrrhus Rex Epiri, ille ducum sui temporis facile princeps, Romani aemulus imperii. Ab Hercule genus suum descendere, id quod clauae signum a fronte sculptum ostendit, poterat prae se ferre Pyrrhus, quemadmodum Macedones, alii que reges solebant, non exploratiore hodie eorum propagine, quam est Pyrrhi pertinens ad Herculem stemma. Si se Pyrrhi Neoptolemi sanguinem ferebat ille, scilicet per Anassam Cleodaei Heraclidae filiam, ab Hercule oriundus videbatur. Quid, quod materno quoque genere ab Hercule oriundum tradunt Pyrrhum, quae sub nomine Aurelii Victoris circumferuntur, de Viris Illustribus periochae. Hoc saltem auctoris indicio edidit eas Andr. Schottus. Nos vero eius non esse, verum antiquiores multo, et olim per sermones disputavimus, et alio tempore, cum dicendi locus erit, monstrabimus. Ceterum coniecturam nostram de Pyrrhi vultu huic Iaspidi impresso adiuuat Graeci moris tonsura, et galea cristata sine cono, plane Graeca, de qua galeae specie et nos interdum enarrantes talia, quae in rem videbantur, monuimus, et olim nonnulla adnotavit Caninius in imagine Alexandri explicanda.<sup>1</sup> Praeterea similis haec est ei imagini, quam Pyrrhi nomine publicavit ex argenteo disco Fulvius Ursinus:<sup>2</sup> nec ablutit ab eis, quas ei tribuit Gorius in Museo

Num. 12

Pyrrhus, der vortreffliche König von Epiro, und der vornehmste Feldherr seiner Zeit, der mit den Römern den ruhmvollen Krieg wegen der Stadt Tarent geführt hat. Er war aus Hercules Geschlechte, welches die beygefügte Keule anzeigt. Es ist dieses Brustbild, in rothen Jaspis gegraben, gar alter Arbeit, und zum siegeln gebraucht worden. Seine Gesichtsbildung hatte vor nicht gar zweyhundert Jahren Fulvius von Ursin zu Rom aus einer alten silbernen Schale in Kupfer stechen lassen. Dieser, nun und etlichen andern Denkmahlen, ist das Bild auf diesem Steinlein nicht unähnlich. Das Wesen seiner Augen und Wangen, welches die sogenannte Mine macht, und welches bey den Lateinern besonders Vultus hieß, und wie Cicero von der ernstlichen Stirn M. Bruti, die sich auch auf Münzen zeigt, wohl gesprochen hat, Vulticulus, kommt gar wohl überein mit dem, was Plutarchus und andere von ihm zeugen; daß sein Ansehen mehr majestätisch, kriegerisch und ernstlich, als freundlich und reizend, gewesen sey. Durch die bloße Brust, welche entdeckt zu tragen bey den Griechen nicht ungewöhnlich und übelstehend war, scheint der Künstler die Stärke seines Leibes in gewisser Maße angedeutet zu haben, welche auch nach der Geschichtschreiber Zeugniß in Pyrrho wunderbar gewesen seyn soll.

(G)

Floren.

1) Iconogr. num. 12. pag. 60. sec. ed. Amstelod. 1731.

2) Imagg. ill. num. 123.



Florentino,<sup>1</sup> et quod maxime mihi arridet, valde belle que congruit huius gemmae imago cum eo vultu, qui Pyrrhi fuit, Plutarcho teste,<sup>2</sup> φοβερώτερον ἔχων ἢ σεμνότερον τὸ βασιλικόν. Atque hic est vulticulus, haec imperatoria grauitas, quibus similis Alexandro Magno Pyrrhus visus est, quemadmodum idem Plutarchus memorat.<sup>3</sup> Conuenit quoque haec imago cum alia, quam Pyrrhi esse agnouimus in vitro, qualia veterum gemmarum ex Italicis museis exempla olim ad nos peruenerunt. Robur autem corporis, quod item praedicatur in Pyrrho, e nudo ac lato pectore, secundum huius Iaspidis sculpturam, quae proba est, et antiqua, et Graeca fere, esse intellegendum putamus.

lehren. Die Gemeinen aber hatten keine Visier an ihren Sturmhauben. Gleichwohl war bey ihnen ein nicht ungewöhnliches Commando, *Miles, faciem feri*. Das ist, daß sie mit Spiesen und Degen sein das Gesicht ihrer Feinde suchen und offendiren, und nicht so sehr nach Brust und Bauche werfen und stossen sollten. Denn diese waren ohnehin mit dem Schilde bedeckt.

## Num. 13

Ti. Claudius Imperator Augustus. Amethystos pulcra est, anulo reuincta, aperto, vt solet, fundo.

## Num. 14

Sapphus poetriae caput, e conueniente vultu apud Leon. Augustinum, et in Museo Florentino.<sup>4</sup> Quis autem non libenter spectet doctissimae mulieris vultum, quae inter veteres omnes suo tam eminere saeculo visa est, quam nulla eam postea ingenio et doctrina, si verum dicimus, aequauit? Atque id quidem nisi testimoniis doctissimorum virorum grauissimis crederemus, paucissima, quae hodie exstant, carminum illius fragmenta, tamen aliquo pacto intellegendis approbarent. Plura ad clari huius nobilissimi que vultus similitudinem exponendam facientia annotare nos quidem, nisi opus huius gemmae, quod subtile est alioqui et pulcrum, si verum sit atque antiquum, in dubio esset.

